Quare omnes ii fruſtra ſunt, qui bullatas litteras Agapeti I, Windelgardi datas, ob hanc vocem in dubium reuocant. Arcarii alias vocati ſunt *ſcriniarii* et *cancellarii*. Quanta eorum fuerit dignitas, ex eo patet, quod nulla res maior, ipſis inſcientibus, geſta ſit, ipſique ſiniſtram Principis ac Epiſcoporum clauſerint.

# TOMI II. PARS I.
SEV
# DISS. IX.
DE
# BENEFACTORIBVS PRIMARIIS.

## CAPVT I.
## LVDOVICVS REX FRANCIAE ORIENTALIS, GENER LVDOLFI, QVI IMMVNITATEM REGALEM AC BONA THVRINGICA DEDIT.

Summa. §. I. *Genus, vxor, liberi.*
§. II. *Facta et bella.*
§. III. *Mors et memorabilia.*

### §. I.

Ludouicus, Rex Franciae Orientalis et Saxoniae, Ludouici Germanici filius ex Hemma, (a) Ludouici Pii nepos, frater Carolomanni (b) et Caroli III, quem *Craſſum* cognominant, (c) Gandershemenſi coenobio gratiam et fauorem ſummum impertiuit. Natalis ipſius nondum eſt palam factus. Parente orbatus eſt anno 876, 28 Auguſti, apud Laurishamenſes coenobitas ſepulto, (d) qui Rex Baioariae a. 817 et totius Franciae Orientalis ſeu Germaniae anno 843 (e) euaſerat. Mater Hemma eodem anno defuncta, quo pater deceſſerat, apud S. Emmeranum Ratisbonae ſepulta, et poſthaec in coenobium Laurishamenſe translata fuit. (f) Anno 876 Ludouicus, de quo exorſi ſumus dicere, menſe quidem Nouembri, patri ſucceſſit in tripartito cum fratribus duobus regno Germaniae. Carolomannus Baioariam ſortitus eſt: (g) Ludouicus II Franciam Orientalem et Saxoniam: Carolus III ſeu Craſſus Alamanniam, quacum anno 880 regnum Italiae ac dignitatem Imperatoriam, anno autem 882 regnum Germaniae ac 884 regnum Galliae coniunxit; vir fortunae verſabilis ſpeculum, ſiquidem anno 887 exauctoratus a faſtigio dignitatum ac felicitatis decidit. Ludouicus II filiam Adalardi Comitis ſecum deſponſauit anno 865. (h) Sed pater interceſſit, quo minus ſponſalia iuberentur eſſe rata. Ludolfi enim merita et fides videbantur nouo vinculo ac praemio adſtringenda. Quare *Liutgardam*, Ludolfi et Odae filiam, in torum adſciuit. (i) Errant, qui, eam Arnulfi Imperatoris fuiſſe filiam, referunt. (k) Ex ea nati ſunt *Ludouicus*, et *Hildegardis*. Ille periit paruulus, anno 880 Ratisbonae de feneſtra (l) lapſus. *Hildegardis* Arnulfum ad conſequendum regnum euexit, (m) ad tempus in coenobium Chiem-

(a) *REGINO* et *ANNALISTA Fuldenſis* ad a. 876.
(b) *ANNALES Fuldenſes* ad a. 858. 877. 879. 880. *REGINO* ad a. 880.
(c) *TOLNERVS* Cod. Dipl. Palat. n. XIII. p. 11. *REGINO* ad a. 876.
(d) *ANNALES Bertiniani* a. 876.
(e) *HVNDIVS* in Metrop. Salisburg. To. II. p. 12. *ANNALES Bertiniani* ad a. 843.
(f) *HVNDIVS* in Metropoli Salisburg. To. II. p. 361.
(g) *REGINO* ad a. 876.
(h) *ANNALISTA Bertinianus* ad a. 865.
(i) *HROSWITHA* p. 325. To. II. Leibn. *TOLNERVS* in Cod. Dipl. Palat. n. XII. p. 10.
(k) Comment. de Ludolfo §. 8. p. 10. ſupra.
(l) *REGINO* ad a. 882.
(m) *HERMANNVS Contractus* ad a. 895. p. 379.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Chiemſee detruſa, (n) poſtea vero liberata. *Hugo*, ex pellice natus, obiit anno 879. (o) Liutgardis e vita exceſſit anno 885. 30 Nouembris. (p) *ANNALISTA SAXO* Eccardinus ad a. 885. *Liutgardis regina obiit II. Kal. Decembris. In Aſcafaburch honorifice condita iacet.* Vulgo creditum fuit antea, eam Laurishamenſi in coenobio fuiſſe contumulatam. Ibi enim Ludouicus Germanicus cum vxore Hemma et filio Ludouico II ſepultus iacet.

§. II.

Ludouicus II ſeſe in Diplomatibus vocauit *Regem in Francia orientali regnantem.* Francofurti crebro ſeſe tenuit iuxta Moenum. Ab ineunte aetate igniculos virtutis ac roboris bellici prae ſe tulit. Anno 848, poſitis ſub diſciplina patris belli tirociniis, deuicit Bohemos. (q) Anno 854 ſpem conceperat potiundi Aquitaniae, itinere et voto irrito. (r) Poſthaec ductauit exercitus contra Obotritos, Linones, et Slauicas (s) gentes alias. Otto ac Bruno hiſce expeditionibus plerumque intererant. Anno 869 Sorabos edomuit. (t) Suſpicionibus magis indulſit quam pietati in patrem. Quum enim eam animo figuraſſet ſententiam, Carolomannum fratrem patri eſſe magis curae cordique, aemulationes inde et liticulae annis 865, (u) 871, (x) et 874 (y) exarſerunt. Ipſe Ludouicus ſuae aequitatis temperamento Francos Saxonesque, in comitiis Triburienſibus anno 875 odio internecino diſſidentes, permulſit et ſedauit. Parente defuncto, tripertitus eſt regnum Salefeldae cum fratribus anno 876, ſibique obtinuit Franciam orientalem, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam et magnam Lotharingiae partem. (aa) De Lotharingia ipſi lites mouit Carolus Caluus, Rex Galliae, qui quidem, cum Ludouico Germanico diuiſionem prouinciarum ſe inſtituiſſe, Salfeldenſem vero partitionem minime habuiſſe ratam, opinatus, acerrime repopoſcit Lotharingiam (bb) et vrbes, quas Ludouicus Germanicus trans Rhenum tenuerat: (cc) quid? quod, ne Ludouicus II coeptis obſiſteret, eius capiendi et occaecandi rationem iniit. Ludouicus II ex aduerſo nil eorum omittebat, quo Caroli Calui molitionibus impedimenta obiiceret. Ipſe aduerſarium emollire et conciliare ſtuduit: iusque poſſeſſionis ſuae igni et aqua pro more eius aetatis (††) exploratum et munitum eſſe oſtendit. (dd) Quum omnia tentando nil promoueret, Andernacum vsque cum exercitu obuiam hoſti iuit. Carolus aperto Marte decertare recuſans, nocturna impreſſione Ludouicum opprimere adlaborauit ad VII Octobris. Sed inſidias illas prodiderunt Willibertus, Archiepiſcopus Colonienſis, et Hartwigus Presbyter. (ee) Qua de cauſſa Ludouicus, non imparatus, inſultum hoſtilem intrepide ſuſtinuit, Reginarium, vexilliferum Francorum, occidit, et aduerſarios ita excepit, vt vniuerſi ſalutem fuga peterent et Rex ipſe vix incolumis (ff) elaberetur. Quo facto Lotharingia denuo Germanico regno vindicata fuit, ſecundum eam diuiſionem, quae anno 876 fuerat inita. Carolomanni ſortem anno 877 fratres duo reliqui, ſponte ipſis oblatam, fuerunt bipertiti. (gg) Eodem anno, rogantibus Ottone et Brunone fratribus, coenobio Gandershemenſi Ludouicus II Diplomatibus datis confirmauit immunitatem regalem et conlationem (hh) bonorum in *Erich* et *Tenſtede.* Vetuſtiſſima haec ſunt Diplomata, in quibus anni ab *incarnatione Chriſti* pro epocha publica regia adhibentur.



(n) *REGINO* ad a. 894.
(o) *REGINO* ad a. 879.
(p) *NECROLOGIVM FVLDENSE* p. 762. To. II. Leibn.
(q) *NITHARDVS* L. I. p. 90.
(r) *ANNALES Fuldenſes* ad a. 853.
(s) *ANNALES Hildesh.* ad a. 858. p. 716. *ANNALES Bertiniani* ad e. a.
(t) *ANNALES Fuldenſes* ad a. 869.
(u) *ANNALES* eidem ad a. 865.
(x) *ANNALES* eidem ad a. 871.
(y) *ANNALES* eidem ad a. 874.
(aa) *REGINO* ad e. a. p. 57.
(bb) *REGINO* Chronici L. II. ad a. 876. p. 56.
(cc) *ANNALES Fuldenſes* ad a. 876.
(††) Ritus illos deſcripſit adlatis veterum chartis *IOANNES GEORGIVS ab ECCARD* Append. VI ad To. II. rerum Francicarum p. 923. ſqq.
(dd) *ANNALES* Bertiniani ad a. 876.
(ee) *ANNALES* eidem et *Fuldenſes* ad a. 876.
(ff) *ANNALES* illi l. c. *REGINO* L. II. Chronici p. 57. *ANNALES BERTINIANI*, *ALBERICVS* P. I. Chronici ad a. 876. p. 207. *SIGEBERTVS* ad a. 877.
(gg) *ANNALES Fuldenſes* ad a. 886. 877.
(hh) I. G. ab *ECCARD* rerum Francic. To. II. Append. 1. n. XV. p. 889.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ex ſigillo hoc aliisque vetuſtioribus ſatis patet, annulo olim reges impreſſo ſolam faciem ſuam declaraſſe; inſcriptionem ſeu perigraphen ſigillo duntaxat fuiſſe additam. Perſpicitur hoc ipſum ex verbis Imperatorum et Regum, queis claudunt Diplomata. Inprimis id pateſcit ex diuerſitate impreſſi eiusdem annuli. nunc enim facies ad latus alterum magis vergit et a media regione recedit, nunc in latere vno impreſſio annuli fuit profundior, quam in altero. Primus hanc obſeruationem, cui adplaudit (ii) *ECCARDVS*, detexit Vir Illuſtris *IOANNES ANTONIVS* de *KROL*, patronus noſter aeterno obſequio dignus. Sigillum Ludouici II penes nos eſt incorruptum et integrum. Communicaui id cum laudatiſſimo *ECCARDO*, ſed cuius cura ne ſic quidem accurate prodiit, (kk) indubie eo quod maſſa farinacea, cui ſigillum impreſſeram, in itinere reddita ſit obſcurior et detrita paullulum. Ludouicus cum fratrum vtroque Carolomanno et Carolo Craſſo Lotharingiam germanicam denuo diuiſit anno 877. Carolomannus ſponte ſua ſuam partem Ludouico tradidit, quam hic cum Carolo Craſſo bipertiebatur. (ll) Ludouicus a. 878. intra menſem Septembris in loco, qui vocabatur *Furonis*, transactionem iniit cum Rege Galliarum Ludouico Balbo, quem nonnulli perperam pro Imperatore reputant. Per hoc compactum pondus transactionis, a. 870 vtrimque firmatae, denuo confirmatum fuit. (mm) Diſcedebat e vita Ludouicus Balbus anno 879. Quo facto nonnulli Francorum Ludouico noſtro diadema regni ſui haud inuidebant. quorum praecipui (nn) erant Goslinus Abbas S. Dionyſii, et Conradus Comes Pariſienſis. Comes hic videtur vel filius vel nepos fuiſſe. *Bigonis* illius, qui anno 838 obiit cuiusque filius in Comitatu Pariſienſi ſucceſſit patri. *ERMOLDVS NIGELLVS* de *rebus Ludouici* Pii Bigonis meminit, (oo) et, ipſum (pp) obiiſſe, addidit, hunc maxime in modum:

*Bigo fidelis obit. narrantur funera Regi* (Ludouico Pio)

\- - - -

*Diuiſitque dapes nec non partitur honorem*
*In ſobolem propriam Caeſar amore patris.*

Plurimi ſummatum fauebant filiis Ludouici Balbi, Ludouico et Carolomanno, quorum omnino ius ſucceſſionis erat longe munitiſſimum. Nihiloſecius noſter Ludouicus a ſolicitante maleuolorum inuidia adducebatur, vt ad Metas et Viridunum vsque admoueret exercitum, copiisque ſuis licentiam nimiam in obuia quaeque (qq) permitteret. Quum autem Hugo, Boſo, Theodoricus, ac ſocii, deſtinationes Goslini ac Conradi reſciuiſſent, miſerunt Gualtherum, Epiſcopum Aurelianenſem vna cum Goiranno ac Anſchero Comitibus ad Ludouicum Saxonem, Viriduni in finibus haerentem, eumque tradita regni Lotharii iunioris parte, quam Carolus fratri Ludouico ademerat, impulerunt, vt Francofurtum ad Moenum in regnum retrocederet. (rr) Reduci vxor Liutgarda auſterum obtorſit vultum, minus contenta accepta Lotharingiae parte et Abbatia S. Vedaſti. quippe quae animum ſpe inani lactauerat et regnum Galliae iam animo deuorarat. (ss) Nec tamen Ludouicus Saxo imaginario muliebris indignationis faſtu adigi eo potuit, vt fidem ſemel datam falleret. quin potius is omnem nauauit operam, vt conſanguinei Galliam tenerent pacatam. Quem in finem arma pro ipſis capeſſiuit contra Boſonem, Burgundiae regni vſurpatorem, ac ex caſtro Matiſcano (Maſcon) praeſidia Boſonis deturbauit. quod facto Boſonem conſilia de fuga circumſpexiſſe, obſcurum non eſt. Nam is Viennam prope Lugdunum cum vxore, filio, ſuisque profugit, ac, quum ibi ſe minus tutum fore cenſeret, in iuga montium confinium ſeſe contulit anno 880. (tt) Quo deuicto arma victricia federati in Hugonem, ſpurium Regis Lotharii iunioris, conuerſa ſunt, vindicantem ſibi omnem a patre et avo poſſeſſam Lothariorum terram ſeu Lotharingiam. Ludouicus Saxo Thiotbaldum, ſummum militiae Ducem Hugonis, in con-

(ii) Loco laudato n. XIV. p. 888. 890.
(kk) Loco excitato p. 890.
(ll) Annales Fuldenſes ad a. 877. 878.
(mm) Annales eidem ad a. 877. Annales Bertiniani ad a. 878.
(nn) Annales Bertiniani ad a. 879.
(oo) To. I. Menck. p. 889. D.
(pp) Ibidem p. 914. B.
(qq) Aimoinus L. V. c. 39. p. 502.
(rr) Regino ad a. 879. Annales Metenſes ad e. a. Aimoinus et Annales Bertiniani l. c.
(ss) Annales Bertiniani l. c.
(tt) *AIMOINVS* L. V. c. 40. p. 504. Annales Bertiniani a. 880.

conflictu non ſine multo ſanguine vtrimque hauſto deuicit, fudit ac fugauit. (uu) Tanta ſtrage fractus Hugo ſeſe fidei Ludouici, Galliarum Regis, ſubmiſit ac poſſeſſiones ſuas ex beneficio huius ſuſcepit, donec, a maleuolis denuo ad praua deductus, terris ſuis exutus eſt et in Burgundiam fuga ſeſe proripuit. (xx) Quum Slavorum nonnulli, qui Linones et Siusli vocabantur, eorumque vicini, defectionem moliti, tributa ferre abnuerent ſolita; Ludovicus Rex Saxo duces et amicos delegauit, qui conſternatos a. 877. medio quadrageſimali tempore ſine ferro (yy) compeſcuerunt, obſidibusque ac muneribus copioſe exceptis redierunt. Anno 880 Ludovicus e Galliis redux obuios habuit numeroſos Normannos ſeu Danos. quibuscum, Deo propitio, abiecta omni mora conflixit maximamque eorum partem ferro victore proſtrauit. (zz) Praelium contigit iuxta ſiluam Carbonariam in loco Thimnin ad Scaldin adeoque in Comitatu Hannoniae. Alia autem Danorum manus, in ericetum Luneburgicum exſcenſione facta, impreſſionem fecerunt eodem anno ad ſecundum Aprilis diem in Brunonem Ducem Saxoniae orientalis, ac non ſolum hunc occiderunt, ſed duos quoque Epiſcopos, Theodericum Mindenſem et Marquardum Hildeshemenſem, XII Comites eosque inter etiam Wigmannum, fortaſſis Billungi patrem, Hermannique Ducis Saxoniae avum, contrucidarunt. In *Vita Brunonis* plura de hac clade adtuli. Inde infeſtabant Normanni terras ſingulas, ad littus Belgii poſitas, et Nouiomagum ita permuniebant, vt Ludovicus Saxo nervos ipſis incidere non poſſet. (a) Anno 881 conſanguineus quidam Ludovici Normannis funeſtiſſimam inferebat ſtragem, ac Normannorum plusquam nouem millia in ſilua Carbonaria caeſi fuerunt, (b) niſi haec ſtrages ſit eadem, quae, autore Ludovico ipſo, nuperrime acciderat. Normanni mox ad ingenium redibant eodemque anno menſe Nouembri Godefredus ac Sigfridus, eorum Reges, vaſtarunt Hasluo (Haſſelt) vrbem Moſae conterminam, Leodium, Traiectumque Moſae, Tungrum incendio fedarunt. Repetita incurſione depopulati ſunt Coloniam Agrippinam, Bonnam, Tulpiacum, Vilipiacum: et Nuiſſum cremarunt cum Aquisgrano. (c) Contraxerat hinc Rex animi aegritudinem mortisque ſemina. Iuſſit igitur, quum infirmior iam eſſet, Duces ſuos contra Normannos caſtra mouere. Sed, Rege interhaec defuncto, exercitus infectis rebus rediit, Normannique, eum inſecuti, ad Confluentiam vsque omnia igni ferroque depraedati fuerunt. (d)

## §. III.

Ad ſuperos abiit Ludouicus, anno 882. 20 Ianuarii in vrbe Francofurti ad Moenum mole corporis depoſita, quam humarunt in coenobio S. Nazarii Laurisheimenſi. (e) Si Annaliſtae Bertiniano fides eſt, Ludouicus fuit praua vitae ratione imbutus, ac ad adminiſtrandam eccleſiae imperiique ſummam admodum inutilis. At ſi geſta ab eo iuſta animi lance expendimus, adſentiri teſtimonio eiusmodi non licet. Qui enim Principes Regesque exiſtimant excedere infirmitates humanas, nae illi toto coelo errant. Quibus enim multum licet, eis multa corporis lenocinia animique inlecebrae adrident. Ludovicus Balbus Ludovicum Saxonem ſibi poſtpoſuit, ſi compacto Foronienſi, quantum ad ſeriem praerogatiuae adtinet, eſt fides. Diuiſio prouinciarum, a. 876. peracta, et teutonico ſermone conſcripta fuit. (f) Peculiare ſupplicium erat, quo maleficentiſſimis quibusque capilli cutisque detrahebatur. (g) Danorum tunc tantus coepit eſſe furor, tantusque hominum eos metuentium terror, vt publico paſſim dato ſigno per nolam, in turre templi ſuſpenſam, litaniae recitarentur, in quibus haec quoque legebantur: *A furore Normannorum libera me, libera nos, Domine.* Iohanna Papiſſa, quae ſolet Leoni IV. et Benedicto III. interponi, denotat dominatum Papalem, ad imbecillitatem et muliebrem potentiam relapſum, ſi nuperrimo ſcriptori hiſtoriae Paparum (h) adſenſum noſtrum adiungimus.



(uu) Annales Fuldenſes a. 880.
(xx) Annales eidem a. 881.
(yy) Eidem annales ad a. 877.
(zz) Eidem annales ad a. 880. Regino ad a. 879. Geſta Normannorum ad a. 880.
(a) Regino ad a. 881. Annales Fuldenſes ad a. 880.
(b) Sigebertus Gemblacenſis ad a. 880. Annales Fuldenſes ad a. 881.
(c) Regino ad a. 881.
(d) Annales Fuldenſes ad a. 881.
(e) Supplementum Annalium Fuldenſium p. 351. L. II. Commentariorum Petri Lambecii de bibliotheca Vindobonenſi. Hermannus Contractus p. 308.
(f) Annales Fuldenſes ad a. 876.
(g) Chronicon Laurishamenſe p. 74. 75.
(h) *HISTOIRE des Papes* ad a. 855. p. 32. To. II. a la Haye 1732. 4.

## CAPVT II.
## DE
# LOTHARIO SAXONE.

Summa. §. 1. *Natalis, genus, virtutes.*
§. 2. *Acta ante dignitatem regiam, Bremenſia, Slavica, cum Henrico V. De Iodutha.*
§. 3. *Electio eius regia et inauguratio.*
§. 4. *Bellum Bohemicum et acta annorum.* 1125. 1126.
§. 5. *Acta VVendica et origo Comitum Schaumburgicorum.*
§. 6. *Controuerſiae cum Conrado et Friderico, Stauffenſibus fratribus, ac nuptiae Gertrudis cum Henrico.*
§. 7. *Expeditio prior Italica et coronatio Romana, ac acta per annos* 1127-1133.
§. 8. *Expeditio poſterior Italica et acta ab a.* 1133 *ad* 1137.
§. 9. *Mors et ſepultura.*
§. 10. *Coniugium, et filia.*
§. 11. *Numi, qui ipſi adtribuuntur.*
§. 12. *Memorabilia politica et eccleſiaſtica.*

§. I.

De Lothario, Comite Suplinburgenſi, Duce Saxoniae, et poſthaec Rege Germaniae et Imperatore, copioſe et ex profeſſo ſcripſit D. *SIMON FRIDERICVS HAHNIVS*, (a) ac accurata ſua diligentia multum vicit Labores Lezneri, Buntingii et Rehtmeieri. Fuit ſocer Henrici Magnanimi ſeu ſuperbi Lotharius noſter, et Dux Saxoniae, Dominusque Brunſuicenſis ac Northeimenſis per vxorem Richenzam. Quare ſummo iure, et poſcente ſic inſtituto noſtro, de ipſo heic eſt diſſerendum. Sequemur autem Hahnii filium eiusque induſtria animo gratiſſimo vtemur. Nonnulla iam ſupra (b) monuimus, quae heic denuo non repetemus. Genus Lotharii pateſcit ex genealogia Querfurtanorum Comitum, quam adducimus et comprobamus infra, vbi de *Comitibus Seburgenſibus* tractationem ſuſcipimus. Vocatur plerumque *Luderus* (c) et *Lotharius*. Nonnunquam adpellatur *Leudo*, (d) *Luitherius* (e) et *Eleutherius*. (f) Ipſe ſeſe nominauit *Lotharium*, et quidem in ſigillis diplomatibusque nunc *ſecundum*, nunc *tertium*. In cauſſam huius denominationis iam ſupra inquiſiuimus. (g) Exſtitit ipſe Lotharius, ſi fide veterum nitimur, dominus probus, fuci expers, clemens magnanimus, fortis, victor, hiſtoriarum et litterarum non imperitus, amicus Bernhardo Monacho, propenſior in amorem Clericorum et Pontificum. Minatus tamen eſt Innocentio II, ſeſe Romani Imperii culmen a Romana eccleſia eſſe ſeparaturum. (h) Quae minandi formula quorſum pertinuerit, non eadem interpretum eſt ſententia. Veroſimile videtur, Lotharium indicaſſe, ſe pro Innocentio II amplexurum Analectum Antipapam. Lucem ipſe primam adſpexit anno 1075, *paucis diebus ante praelium*, quod ad Vnſtrutam (i) inter Henricum IV Imperatorem et Saxones commiſſum fuit nono Iunii die, (k) quo pater ipſius cum pluribus Saxonum nobiliſſimis interiit. *HAHNIVS* eam ob cauſſam natalem Lotharii

(a) In der *Reichs-Hiſtorie* P. III. c. IV. p. 166. ſqq.
(b) Diſſ. II. p. 243. 302. ſqq.
(c) *CHRONICON Stederburgenſe* p. 854. *CHRONICON montis ſereni* ad a. 1125. 1126. *HELMOLDVS Chron. Slav.* L. I. c. XXXV. p. 568.
(d) *ALBERICVS* P. II. *Chronici* ad a. 1119. p. 239.
(e) *CONTINVATOR Sigeberti* a. 1133.
(f) *IOANNES de CECCANO* in *Chronico foſſae nouae* ad a. 1137. p. 463. apud *VGHELLVM* T. I. Ital. ſacrae.
(g) Diſſ. II. §. VIII. (d) p. 171. ſq.
(h) *PETRVS Diaconus* L. IV. Chron. Caſinenſis c. 112. p. 553. c. 124. p. 569.
(i) *MARIANVS SCOTVS* L. III. *Chron.* aet. 6. ad a. 1075. p. 455.
(k) *ANNALES Hildeshem.* ad a. 1075. p. 732. *LAMBERTVS Schafnaburgenſis* ad c. a. p. 773. ſqq. *MARIANVS* l. c.

tharii figit in Maio vel Iunio. *Ioannes Dauides KOELERVS*, incomparabilis Genealogiſta, determinat *initium Iunii*, eodem Mariani loco adductus. (l)

§. II.

*ALBERTVS STADENSIS* prima virtutum Lotharii ſpecimina ad annum 1089 transfert, perhibens, ipſum interfuiſſe tollendae obſidioni, quam *Egbertus*, Marchio, et Comes Brunſuicenſis, ab Henrico IV Imperatore contra caſtellum Gleichae in Thuringia fortiter tentatam reprimebat, a Saxonibus adiutus: abripuiſſe Archiepiſcopum Bremenſem Liemarum, eumque non dimiſiſſe, antequam marcis trecentis ſeſe redemerit et Bremenſem aduocatiam tradiderit: et vbique animum oſtendiſſe imperterritum. Hanc defenſionem Bremae armatam antea tenuerant Comites Stadenſes, qui Marchionatum ſeptemtrionalis Germaniae adminiſtrabant. Negari vix poteſt, Lotharium humani aliquid eſſe paſſum in inimicitiis et inſectationibus, in Comites vetuſtos Stadenſes exercitis. Diſſidia illa et eorum momenta ſuccincte expono infra, vbi de Comitibus Stadenſibus dicendi eſt locus. Si Lotharius Marchionatum reliquiſſet iuſtis heredibus, nec Comitatum Stadenſem vſurpatori Friderico vindicaſſet; Henricus Leo a Marchionis, quem creauerat recentem Lotharius ex gente Anhaltina, poſteris non meſſuiſſet tot mala. *VDO* Marchio reſtitit maſcule Lothario ad annum 1112, ſed tandem fortunae aſperiori ſuccubuit. Ipſe Lotharius adiit, per matrem indubie, Comitatum Haldeslevenſem, exſtincto Comite Bernhardo eiusque filio. (m) Vereor tamen, vt totus Comitatus intelligi poſſit, ſiquidem proſapia quaedam Comitum de *Haldesleve* diu poſt haec ſuperfuit. Comitatus ille videtur diuiſus fuiſſe in ſeptemtrionalem et auſtralem. Illum certe, in quo fuerunt *Suplinburgum*, *Lutter*, et *Haldesleve*, obtinuit Lotharius. De altero ſuboritur mihi dubitatio. Anno 1106 nactus eſt Ducatum Saxoniae, morte MAGNI vacuefactum, (n) et paullo poſt Comitatum Stormariae ac Holſatiae adtribuit Adolfo, Comiti de Schauenburg, (o) qui Comitatus tandem cum adiectis terris per heredem vltimam peruenit ad inuictos Daniae Reges. Condidit Lotharius, vt Comites veteres Stadenſes a iuribus antiquis auerteret, *Bremervordam* ad amnem Oſtae, (p) ratus, Ducatui ſuo vires deeſſe, ſi in proximo florere pergerent Comites Stadenſes, qui Marcam tenebant borealem. De victoriis eius, in Slauos et praecipue Leuticios prolatis, *ANNALES Hildeshemenſes* ad annum 1110 magnifice ita ſentiunt: *Dux Liutgerus terram Slauorum hoſtiliter inuadit, regionem praedabundus perambulat, nouem vrbes munitiores et opulentiores capit, obſidibusque ab ipſis acceptis victor redit.* Anno 1115 (*) Lotharius, cum ceteris Saxoniae optimatibus et Weſtphaliae, exercitum Henrici V numeroſiſſimum vicit fuditque XI Februarii, in ſilua *Welphesholt* ac Mansfeldicis (**) terris. Ipſe cum ceteris Saxonum primoribus paullo poſt rediit in gratiam Imperatoris, ea lege, vt quisque Saxonum ſua retineret, Imperator autem bona, regibus quondam propria, ſibi vſurparet, (q) ac fiſco ſuo inferri iuberet. Eiecerant paullo ante fautores Caeſaris Epiſcopum Monaſterienſem, Theodoricum, Comitem Winceburgicum, nepotem Lotharii. (r) Verum anno 1121 Lotharius et Comes Winceburgi Hermannus eum fortiſſime, inuito Imperatore, repoſuerunt. (s) Anno ſuperiori Herbipoli, et hoc ipſo Wormatiae ac Bambergae pax inter Henricum V Imperatorem et principes Saxoniae fuit penitus reconciliata. (t) Ex ſorore Lotharii Henricus Leo ius quaeſitum habuit in Comitatus, Winceburgenſem, Stadenſem, ac Sommerſeburgenſem, in hunc modum:



(l) In *Stemmatographia Auguſta Saxonica* Tab. II. et p. 32.

(m) *CHRONICON rhythmicum principum Brunſuicenſium* c. XXIII. p. 40. To. III. *Leibn.* *CHRONICON vetus Ducum Brunſuicenſium* p. 16. To. II. *Leibn.*

(n) *ANNALES Hildesheim.* ad e. a. p. 737. *ANONYMVS SAXO* p. 99. ſq. To. III. Menck.

(o) *HELMOLDVS* Chron. Slav. L. I. c. 36. p. 568. *CHRONICON Holſatiae* Leibnitianum p. 21.

(p) *ALBERTVS Stad*, ad a. 1112. *WOLTERVS* in Chronico Brem. p. 49.

(*) *ANONYMVS SAXO* in *Hiſtoria Imperatorum* p. 101. ſq. To. III. Mencken. „*Imperator et Saxones in Welphesholte conuenerunt, ibique factum eſt bellum - - Saxonum ſignifer Dux Luderus* fuit. Eadem die Saxones Slauos, ad ciuitatem *Kotene* congreſſi ſunt cum Saxonibus, et a Ludero ſunt deuicti. Patet exinde, locum Welphesholte haud procul a Cothenio exſtitiſſe.

(**) Sic Leuckfeldius aliique coniectant.

(q) *CONRADVS Vrſpergenſis* p. 262. ſqq. *ANNALES Hildeshem.* ad a. 1120. p. 739.

(r) *SVGERIVS* in *Vita Ludouici Groſſi* p. 104. *VRSPERGENSIS* p. 264. *ERDWINVS ERDMANNVS* in *Chronico Oſnabruggenſium Epiſcoporum* p. 210. *ENGELHVSIVS* p. 55. ed. Mad.

(s) *VRSPERGENSIS* p. 264. *ANNALES Hildeshem.* ad a. 1121. p. 739. *ANONYMVS SAXO* p. 103.

(t) *VRSPERGENSIS* p. 265. *ANNALES Hildeshem.* ad a. 1121. p. 739.

*

Princeps Bauaricus. Vx.Mathildis
C. de Gleichen et Reinhauſen.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *HERMANNVS* I. Comes Winceburgi et Landgrauius. † 1123. *Vx. Soror Lotharii Saxonis.* | | | *LOTHARIVS.* |
| *HERMANNVS* II. Vxor *Luitgarda* filia Rudolfi I Comitis Stadenſis † 1153. Comite Palatino Sommerſeburgenſi, *Friderico* II, repudiata, *qui* erat filius Friderici I. ex Ita, Rudolfi I. ſorore. | *Theodoricus* Ep. Monaſter. | *Soror*, nupta *Vdoni* IV. Marchioni et C. Stad. qui † 1130 *cuius*que *ſoror* fuit *ITA*, quae Friderico I Comiti Sommerseburg. nupſit. | Henricus ſuperbus gener. — Henricus Leo. |

Quum hoſce Comitatus ſibi vindicaturus eſſet Henricus Leo, adlegauit ius quaeſitum ex generis propinquitate deductum. Quaeſiui ſaepius et quidem fruſtra apud recentiores, qualis illa fuerit generis propinquitas. Ex tabula tandem hac concinnata caput iuris quaeſiti licuit intelligere. Pateſcit ſimul gradus adfinitatis, propter quem Fridericus II Comes Palatinus Sommerſeburgenſis debuit repudiare vxorem Liutgardem. Pater enim ipſius duxerat *Itam*, filiam Rudolfi I Comitis Stadenſis. *Itae* vero ſoror erat *Liutgarda.* Pater igitur et filius duxerant ſorores duas, ne exciderent Comitatu Stadenſi. Sed ad Lotharium liceat redire. Is vt magna valeret auctoritate et potentia, effecit quoque coniugium cum *Rixa* ſeu *Richenſa*, anno 1113 initum, (u) per quam redditus eſt Dominus Brunſuici et Comitatus Northemenſis. Matrem Lotharii Venerandus *REHTMEIERVS* (x) adpellat *Hedewigem*, filiam Friderici ſeu Henrici Comitis Bauarici de Formbach, ex genere Comitum de Scherding et Neuburg. Ipſe quoque in eo alucinatur, quod, patrem ipſius, Lotharii ſcilicet, cecidiſſe, putet, in praelio ad *Negelſtad*, ſiquidem nullus veterum, quod ſciam, ita memoriae prodidit. Matrem detexerunt *Simon Fridericus Hahnius* (y) et *Ioannes Dauides Koelerus* (*) ex Alberici Chronico, (z) in quo ſic legitur: *Hermannus Mathildis, ſororis Ottonis III filius, Coloniae ordinatur Archiepiſcopus - - habuit fratres Ludolphum et OTTONEM, Ducem Sueuiae, de CVIVS linea deſcendit ille Lotharius, Dux Saxonum, qui fuit Imperator.* *REHTMEIERVS* hauſit ſuam ſententiam ex *Hieronymo HENNINGESIO.* (aa) Lotharius igitur eo etiam nomine auctoritatem ſibi apud proceres Imperii conciliauerat, quod per genus maternum ſtirpem ſuam deducebat ab Imperatoribus Saxonicis. Hinc facile adparet ratio, cur Henricus V omnem curam in eum intenderit, ſatis gnarus cuncta propemodum in expedito fore, ſi nihil ab hoc et foederatis Saxonum moueretur. Quicunque idcirco potentiam Caeſaris limis ac retortis ſpectabant oculis, animos ad Lotharium conuertebant. Operae pretium videtur, originem et viciſſitudines diſſenſionum, quae Henricum V Imperatorem et Lotharium diſtinuerunt, curatius exponere. Erat Richenzae, vxori Lotharii, ſoror Gertrudis. Vulgaris error obtinuit, vt ea Henrico, Comiti Miſniae, ſeu Marchioni Ilenburgenſi, nupſiſſe credatur. Sed Gertrudis, Egberti I Comitis Brunſuicenſis filia, tertium nupſit illi Henrico, (bb) adeoque mater cum filia, ex Henrico Craſſo Comite Northeimenſi ſuſcepta, confunditur. Gertrudis, ex Henrico Craſſo et Gertrudi Brunſuicenſi poſt Richenzam nata, (cc) iniit matrimonium cum Comite Palatino et eo nomine vocatur *Palatina Comitiſſa.* (dd) At quis fuit ille

Comes

(u) *ALBERTVS Stadenſis* ad e. a. p. 154. b.
(x) In Braunſchweig-Lüneburgiſcher Chronica P.II. c.18. p. 283.
(y) Reichs-Hiſtorie P. III. c. IV. §. 1. p.171. (s)
(*) In *Stemmatographia Auguſta Saxonica* tab. II. et p. 31.
(z) P. II. ad a. 1037. p. 68.
(aa) In *Theatro genealogico* P.II. ſecundi et tertii regni in IV Monarchia p. 102.
(bb) Vide infra *Comites Brunſuicenſes* §. IX.
(cc) *CHRONICON rhythmicum Principum Brunſuicenſium* c. XXII. p. 39. XXIV. p. 42.
(dd) Ab *AVCTORE relationis de S. Autore* p. 70.

Comes Palatinus, ex quo ea id nominis traxit? Monachus quidam Northeimenſis memoriae prodidit, Gertrudem hanc nuptias celebraſſe cum *Conrado*, Comite Palatino. (ee) Verum fit longe veroſimillimum, maritum ipſius fuiſſe Sigefridum, Comitem Palatinum ad Rhenum. Fuit tum et alius Sigfridus ex genere Comitum Wimarienſium olim progenitus. (ff) *Gertrudis* alia, quae Palatino Rheni nupſit, fuit ex Conrado Comite Miſnenſi et Marchione Orientali ſeu Luſatico nata. (gg) Sigfridus ille, Comes Palatinus Orlamundanus, per matrem *Adelheidam* praeterea cum Richenza erat adfinitatis coniunctus vinculo. Adelheidae enim ſoror *Oda* nupſerat *Egberto* II, Comiti Brunsuicenſi, ac fratri *Gertrudis*, quae ex Henrico Craſſo Richenzam et Gertrudem iuniorem ſuſceperat. Hiſce praemiſſis, ea, quae nunc percenſenda ſunt, intellectu erunt faciliora. Inſimulauerat Henricus, antea Dux Lotharingorum, Sigfridum Comitem Palatinum apud Henricum V Imperatorem, quod conſilia ſceleris necisque in Caeſarem ſuum ſuſceperit. Imminebat Caeſar opimae hereditati *Vdalrici iunioris*, (*) quem Sigefridus tertio conſanguinitatis gradu contingebat. Quia autem ille morti vicinus videbatur: hic vero hereditatis partem ſibi obuenturam non negligebat; Caeſar in vtrumque odio accenſus eſt. Accuſationem Henricus V diſcutere et examinare intermiſit, atque anno 1108 apud Epiſcopum Wirciburgenſem in vincula coniecit Sigfridum, quem ab hereditate adeunda erat excluſurus. (hh) Vrgebant Principes, vt vel crimen captiui euinceretur vel innocentiae honos haberetur. Qua poſtulatione inductus Imperator captiuum libertati honoribusque anno 1011 (ii) reſtituit. Anno 1012 obiit Vlricus ille tandem, in cuius opes oculi omnium erant intenti. (kk) Controuerſias inde enatas ita enarrat CHRONICON HALBERSTADENSE: (ll) *Moritur hiſce temporibus quidam de Saxoniae Principibus nomine Oldericus, cuius poſſeſſiones Sigfridus Palatinus Comes ſibi ſucceſſione hereditaria vindicabat; ſed Imperator ea in ius regni extrahere conabatur. Quae cauſa coepit recidiuae diſcordiae fomitem miniſtrare. Nam idem Comes totam paene Saxoniam tantis impleuit querimoniis, vt Ducem Lotarium, Marchionem* Stadenſem *Rudolfum, Fridericum Palatinum Comitem, Wikbertum* Comitem Groizenſem et *Ludouicum* Comitem Thuringiae *multosque alios traheret ab obſequio Imperatoris. Sed et Dominus Reinhardus Halberſtadenſis Epiſcopus, nec non Domina Gertrudis, illa praepotens per Saxoniam vidua, praediorum ſuorum inuaſione ſe ab Imperatore pati violentiam proclamabant.* Eadem fere verba habet CONRADVS, Abbas Vrſpergenſis, (mm) vnde patet, auctores annalium plerumque ſua inuicem aliunde exſcripſiſſe. Ante omnia Imperator potentiores ſtuduit opprimere, vt ceteris exemplum ſtatueret. Inde accidit, vt Lothario Ducatum Saxoniae adimeret eumque in Comitem Ballenſtadii Ottonem transferret; Marchionatum Helperico, Comiti Plozkenſi, daret, Rudolfo ereptum. Acerrime reſiſtebat Rudolfus. Imperator igitur iuit expugnatum vrbem *Saltwedelam*. (nn) Inter haec Fridericus, vſurpator Comitatus Stadenſis, adripuit occaſionem nanciſcendi confirmatam a Caeſare ſedem Stadii. At Rudolfus conſilia ipſius anteuertit et Fridericum Saltwedelae mancipauit carceri. Eum tamen liberauit Caeſar, largitione corruptus, et diu ſecum detinuit. (oo) Quum Lotharius videret, Ducatum Saxoniae ad alienas deferri manus; gratiam Imperatoris repetiuit et anno eodem 1112 in fidem eſt receptus. (pp) Anno proxime ſequenti Henricus Caeſar conuocauit proceres ad comitia Erfurtenſia. Principes autem Saxoniae accedere eo detractarunt. Quo factum eſt, vt iuſſu Caeſaris, diebus quoque feſtis, bona eorum diriperentur, poſſeſſiones igni ferroque deuaſtarentur, ac Reinhardus Epiſcopus atque Wicbertus infidelitatis crimine notarentur.



(ee) Apud *LEVCKFELDIVM in Antiqq. Bursfeld.* p. 14.
(ff) Vide infra *Comites Brunsuicenſes* §. 13.
(gg) *CHRONICA montis ſereni* p. 204. ſq. ed. Mader.
(*) Memorabilis eſt locus *ANONYMI SAXONIS* in *Hiſtoria Imperatorum* p. 103. To. III. Menck. *Dux* Luderus *Imperatori contrarius valde exſtitit, quia ſororem ſuam Ghertrudam de Bruneswich, Marchioniſſam, hereditate ſua priuauit.* Quaenam illa *ſoror*? Legendum indubie *ſocrus.*
(hh) *VRSPERGENSIS* p. 253. *ANNALES Hildeshem.* a. 1108. p. 737.
(ii) *VRSPERGENSIS* p. 255. *ANNALES Hildeshem.* ad a. 1111. p. 738.
(kk) *VRSPERGENSIS* ad a. 1112. p. 256. *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad a. 1113. p. 283. ſqq. recitat verba, quae etiam ſunt obuia in Chronico Halberſtadenſi.
(ll) To. II. *Leibn.* p. 131.
(mm) Pag. 256.
(nn) *ANNALES Hildeshem.* ad a. 1112. p. 738.
(oo) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1112. p. 262.
(pp) *ANNALES Hildesh.* l. c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rentur. (qq) Qua de cauſſa, ſtimulante Reinhardo, primores Saxoniae Caeſari ab integro vehementiſſime reſtiterunt. Epiſcopus cum Palatino Comite Sigfrido, Wicbertoque et Ludouicus Comes aciem inſtruxerunt, et caſtra caſtris Caeſaris oppoſuere. (rr) Caeſar Hornburgum, caſtellum munitiſſimum, obſidione diuturna proſternit: Halberſtadium expugnat et loca circumvicina populatur: (ss) Wigbertum et Sigfridum capit: illum trucidat; hunc ex vulnere mortuum laetatur. (tt) Hiſce terriculamentis proceres Saxoniae fracti ſunt. Reinhardus veniam rebellionis petiit et obtinuit. (uu) Ludouicus ad deditionem compellitur. (*) Lotharius, ab hiſce turbis non alienus, Moguntiae inter ipſam nuptiarum Caeſaris cum Mathilde ſolemnitatem a. 1114. 7 Ian. nudis pedibus, ſago indutus, inſpectantibus cunctis, ad pedes Imperatoris aduoluitur et denuo in gratiam ſuſcipitur. (**) Quum vero Ludouicus, Comes Thuringiae, circa id tempus iuſſu Caeſaris in cuſtodiam traderetur; principes Saxoniae ab Imperatore denuo defecerunt, (***) comitia Goslarienſia non adierunt, (†) et Walbecae intra ſua praeſidia vires animumque firmarunt. (††) Succenſuit Caeſar inimicis: Brunsuicum cepit: Halberſtadium deuaſtauit: (†††) copias diſſidentibus oppoſuit. (xx) Saxonum partes ſequi coeperunt Henricus, Dux Brabantiae et Limburgi depoſitus, (yy) Comites Arensbergici (zz) aliique. Fortuna vtriusque partis in diſcrimen coniecta, praelioque in Welphesholt depugnatum eſt a. 1115. XI. Febr. (a) ac Imperator, armis copiisque exutus, animo perquam cecidit. Hoc euentu Lotharius in dies creuit et oſoribus Henrici V in deliciis eſſe coepit. Pax tandem data Saxonibus, quam dudum expetierant. Nec ex eo tempore Henricus V reparare vires potentiamque priſtinam inſtaurare potuit. Lotharius in loco feliciſſimi praelii iuxta *Gerbſtad* et *Sandersleben* in agris Mansfeldicis erexit tropaeum, victoriae ſuae et deuicti noui Ducis Saxoniae ſymbolum. Deſtinauerat enim Imperator Ducatui Saxoniae Hoyerum, Comitem Mansfeldicum, ducem bellicum ſupremum, cui principatum militiae commiſerat. Sed hic multo cum ſuorum ſanguine caeſus ſuam Caeſarisque ſpem fefellit. (b) Tropaei effigies praeferebat ſtatuam viri, armis patriae et galea ferrea inſtructi, (c) ſacrario circumdatam. *CONRADVS BOTHO* ad annum 1115 in *Chronico picturato* repraeſentat virum illum armatum, ſtatuae impoſitum, dextra praeferentem clauam, aculeis praefixis et a fronte dependentibus terribilem, ſiniſtra tenentem ſcutum, in quo conſpicitur *ruta Saxonica*: lorica cinctum, gladio inſtructum, galeatum, et minas ſpirantem. Alii fingunt (d) alia. Tropeum fuit adpellatum *Iodute*, *Iyodute*. Quid hac voce ſignificetur, non vna eſt criticorum ſententia. Primus, qui meminit ſtatuae illius, eſt *Hermannus CORNERVS*, Lubecenſis; ſiquidem auctor vetuſtior nondum productus fuit, qui eius fecerit mentionem. *LEIBNITIVS* ex eo paucula ex-cerpſerat ad Helmoldum, praeter laciniam de rebus geſtis ſaeculi XV, inſertam Tomo III ſcriptorum Brunsuicenſium. (e) Maximam operis Corneriani partem *Ioannes Georgius ECCARDVS* Tomo II. *Corporis hiſtoriae medii aeui* indidit. En verba Korneri ipſa: *Vndecimo anno Henrici, qui eſt*

(qq) *ANNALES Hildeshem.* a. 1113. p. 728. *CHRONICON Halberſtadenſe.* p. 131. *VRSPERGENSIS* p. 256.
(rr) *CHRONICON Halberſtadenſe* l. c. *ANNALES Hildeshem.* l. c.
(ss) *VRSPERGENSIS* p. 256. *CHRONICON Halberſtadenſe* p. 131. ſqq.
(tt) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad a. 1114. p. 284. *VRSPERGENSIS* p. 256. ſq. *ANNALES Hildeshem.* ad a. 1113. p. 738.
(uu) *ANNALES* eidem l. c.
(*) *VRSPERGENSIS* p. 257.
(**) *OTTO Friſingenſis* Chronici L. VII. c. XV. p. 147.
(***) *ANNALES Hildeshem.* a. 1114. p. 738. *DODECHINVS* ad e. a. p. 469.
(†) *ANNALES eidem* a. 1115. p. 738. *VRSPERGENSIS* p. 257.
(††) *VRSPERGENSIS* l. c.
(†††) *ANNALES eidem* l. c.
(xx) *VRSPERGENSIS* p. 257.
(yy) *IDEM* l. c. *HELMOLDVS* Chron. Slav. L. I. c. XL. p. 573. *ANNALES Hildeshem.* l. c.
(zz) Erant illi, Henricus et Fridericus, fratres.
(a) *ANNALES eidem* a. 1115. p. 738. *ANONYMI compilatio chronologica* ad e. a. p. 128. ed. Mad. *CHRONICON Stederburgenſe* cum *Gozecienſi* malunt annum 1114. Sed falluntur.
(b) *HELMOLDVS* l. c. Necem Hoygeri fuſius exponit *CHRONICON Bigaugienſe* p. 259. ſq. ed. Mader.
(c) Ad *HELMOLDVM* l. c. ex *Cornero*.
(d) *GERHARDVS a MASTRICHT* in diſquiſitione hiſtorica de *Iodute* §. 9. p. 530. ſqq. Bibliothec. Brem. Claſſ. VII. faſc. 3.
(e) Pag. 199. ſqq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*eſt Domini* MCXVII, *Saxoniam ſibi rebellantem deuaſtare coepit et contra Saxones plura caſtra erexit. Cui Reinardus Epiſcopus Halberſtadienſis, Leiderus Dux Saxoniae, et Hermannus Comes de Hornburg cum multis aliis occurrerunt in Welphesholte, vbi partibus congreſſis bellum commiſſum eſt, et, interfectis multis de Imperatoris exercitu, Rex victus eſt, occiſo Hogero Comite de Mansvelt. In huius victoriae memoriam Saxones in loco belli capellam conſtruxerunt, in qua ſtatuam in modum viri armati armis patriae locauerunt cum galea ferrea. Hunc virum ruſtici illius terrae et rudes SANCTVM TYODVTE vulgariter nominant, quaſi Saxones victoriam ipſius auxilio habuerint.* CORNERVS excitat narrationis huius teſtem Eggehardum, qui floruit, teſte Trithemio, aetate Imperatoris Henrici V. Annaliſtam Saxonem Eccardus pro Eggehardo reputat. Sed, ſi Cornerus haec ex Eggehardo deſumſit, Annaliſta Saxo, haec ſecus recenſens, omnino diſcrepauit ab Eggehardo. Vulgus *Iodutam* habet pro Dea. Prudentiores huius ſaeculi litteratores vocem deriuarunt ex vernacula *gedeute*. In horum numero ſunt Gerhardus a Maſtricht, Rehtmeierus, et alii. Sed THEODORVS HASAEVS, ante annum defunctus, ſummus criticus, et maximus noſtri fautor, perſpicue oſtendit, (f) vocem ex teſſera militari *Dio adiuti* i. e. *o Deus ſis nobis auxilio*, profluxiſſe. Inſcriptio: *Deus adiuta*! frequentiſſima eſt in numis Imperatorum. (g) Reinhardus certe Epiſcopus, *inuocato Dei auxilio*, milites praelium capeſſere iuſſit. (h) CONRADVS BOTHO (i) retulit, ſacrarium, quod ſtatuam illam continebat, poſtea conuerſum fuiſſe in coenobium *Wedderſtidde*. WENNINGSTADIVS in Chronico Halberſtadenſi et quidem in Vita Reinhardi (k): *Es ſoll ein Weidenſtam zeter vnd IODVTE geruffen haben, an dem orte, da itzo das Cloſter Weddingſtaedt ſtehet, vnd die Capelle, darinn der abgott Ioduta noch ietzo ſtehet. Es hat aber der Kayſer in ſeinem heer viel Wahlen gehabt, die ſollen in der nacht geruffen haben an dem orte auf ihre Sprache: ADIVTA ME, hilff mir. daſs daher das gemeine volck gemeinet, als ob die weydenſtaemme Ioduta geruffen.* Ex hoc teſtimonio ſententia Haſaei admodum veroſimilis redditur. (l) Victoria haec Welfesholtana Lotharium liberauit competitore Ducatus Saxoniae, Hogero Comite Mansfeldi, quem Caeſar obtinendo illi Ducatui, ſi res proſpere ſucceſſiſſent, deſtinauerat. (m) Ne vero in poſterum Lotharius ſuſpicaci Caeſaris molitioni ſuccumberet, veneratus eſt homines eccleſiaſticae dignitatis praecipuos, quos norat architectos eſſe acutiſſimorum ſtrategematum. Intererat anno 1116 exſequiis purpurati patris Diderici in oppido Coloniae, vbi conſilia agitabantur de Caeſare, ex communione eccleſiae eiiciendo. (n) Paullo poſt Lotharius obſidebat Limburgum, arcem ſalicam, eoque potiturus erat, ni Fridericus, Dux Sueuiae, ipſum repuliſſet. (o) Inſinuauerat ſeſe Lotharius in fauorem Archiepiſcopi Moguntini Adelberti, vt auctoritate ſacra conciliaret ſibi aditum ad diadema regium. Quae ipſum prudentia non fefellit.

## §. III.

Henricus V Caeſar exſpirauit a. 1125. 23 Maii Traiecti ad Rhenum, eiusque ad fines erant Leopoldus Marchio Auſtriae et Fridericus Dux Sueuiae. Hiſce igitur volupe fuit candidatos agere Romani regni. Sed Leopoldus, mox rectiora edoctus, onus illud honorificum declinauit. (a) Carolus Bonus, Comes Flandriae, imminebat etiam tanto honori. (b) Fridericus eum ſpe iam deuorauerat, ingentia concupiſcens. Sed Adelbertus ei obſtabat. Et ipſe, vix ſalutatis comitiis electioni praeſtitutis, inſolenter abiit. (c) Electus igitur fuit Lotharius anno 1125. 30 Auguſti, (d) abſentibus Friderico et Henrico Nigro. Hi cum Bauaricis Epiſcopis repugnabant electioni nouae: Verum multitudini erat cedendum, et Lotharius, Aquisgranum deductus, ad 13 Septembris diademate regali impoſito effulgebat. (e) Acta electionis recenſuit AVCTOR *coaeuus*, quem

(f) In *Bibliotheca Bremenſi* Claſſ. VII. faſc. V. art. VII p. 906. ſqq.
(g) *Ezechiel* SPANHEMIVS de *praeſtantia et vſu numiſmatum* p. 837.
(h) CHRONICON *Halberſtadenſe* p. 132.
(i) In *Chronico Brunsuicenſi picturato* p. 335.
(k) REIMANNVS in Programm. de *Chronico Wenningſtadii* p. 16.
(l) Conf. VOGEDES in *Operibus Academ.* n XII. p. 286.
(m) ALBERTVS *Stadenſis* ad a. 1115. p. 263. CHRONICON *Halberſtad.* p. 132.
(n) ANNALES *Hildesbem.* ad a. 1116. p. 739. VRSPERGENSIS p. 258.
(o) OTTO *Friſingenſis* de geſtis Friderici I. L. I. c. XIV. p. 415.
(a) AVCTOR de *collectione Lotharii* p. 46.
(b) OTTO *Friſingenſis* Chronici L. VII. c. 17. p. 148. ALBERICVS ad a. 1125. p. 250.
(c) AVCTOR laudatus l. c. PETRVS *Diaconus* L. IV. Chronici Caſinenſis c. 87. p. 513.
(d) CHRONICON *montis ſereni* ad a. 1125. p. 3. CHRONICON *Leodienſe* ad e. a. p. 339.
(e) DODECHINVS ad a. 1125. p. 470. CONTINVATOR *Sigeberti Gemblacenſis* ad a. 1126.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quem *Ioannes Georgius* ECCARDVS in *quaternione veterum monumentorum* edidit, (f) et biennio poſt *Philippus Iulius* REHTMEIER. (g) Diadema regium ei impoſuit Fridericus, Archiepiſcopus (*) Colonienſis. De haſtiludio, quod Lotharius dicitur anno 1119 Gottingae celebraſſe, neſcio quid ſit ſtatuendum, priusquam auctores aetate ſuppares producantur, qui illius iniecerint mentionem. Gottingam Lothario obtigiſſe, docuit Conradus Botho. Verum ad maiora feſtinamus.

## §. IV.

Hiems praeceſſerat duriſſima et diuturna, cui ſucceſſerunt annonae caritas, fames, morbi et mala multa ac maxima. (h) Quamprimum vero Lotharius habenas imperii tractauit, malis hiſce quoque Deus dedit finem. Rex nouus Gerhardum Cardinalem, Cameracenſem et Virdunenſem, Epiſcopos, Romam miſit, qui Pontificem de electione ſui certiorem redderent. Auctoritatem regiam exercuit primum Ratisbonae, vbi in conuentu Principum inquiſitio inſtituta eſt de bonis proſcriptorum, vtrum haec cedant fiſco regio, an aerario regiminis Ducum et Principum. (i) Non poterat Rex vela vertere et ſententiam propugnare aliam ac antea publicis dimicationibus contra Henricum quintum fuerat tuitus. Quare priuilegium illud, quod Saxones antea ſibi vindicauerant, Bauaris quoque indultum, ſcilicet vt in poſterum bona eorum, qui proſcripti erant, aerario Principum ſeu *ditioni regiminis* traderentur. Inde itum eſt ad arma aduerſus Regem Bohemiae adripienda, Ottone Principe Morauiae impellente. Wladislaus I Dux Bohemiae, filius Wratislai, diffidebat penitus a fratre *Sobeslao*, quem alii *Vlricum* vocant, (k) nec quietus eſſe poterat, niſi hoc eiecto et a ſpe ſucceſſionis intercluſo, (l) cuius in locum ſubſtituturus ſibi erat pro ſucceſſore Ottonem conſanguineum, fratrem Suatopulci, filium Ottonis Principis (**) Olomucenſis. Vafrities vxoris, qua gaudebat Sobeslaus, haec ita conſtituerat. Ipſa enim erat ſoror (m) vxoris illius, quam Otto iunior duxerat. Sed *Swatawa*, vidua Wratislai, mater Wladislai et Sobeslai, prudentiam in id iuxta collocauit, vt filium Wladislaum morti vicinum ad omnia alia et mutandam de ſucceſſione ſententiam commouerit, (n) fratri Sobieslao ignouerit (o) et ita a. 1125. 12 Apr. vitam cum morte commutarit. Otto iunior, a ſpe ſua ſic deiectus, audita Wladislai morte, taedii et moeroris plenus in Morauiam ſeſe proripuit, (p) et, vbique querelis de iniuria ſibi inlata diſſeminatis, miſericordiam quaeſiuit, eamque largitionibus adiutus, a Lothario obtinere potuit. (q) Ea de cauſſa in expeditionem Bohemicam, ineunte anno 1126, animi omnium conuerſi. Peccauerat in eo Lotharius, quod, tribus tantum millibus inſtructus, et, hieme nondum deſaeuiente, mouiſſet contra Sobeslaum. (r) Quare, praelio ad *Chlum* ſeu *Chlumeccium* vndecimo Kalendas Martii commiſſo, (s) grauiſſimam accepit cladem, amiſſis permultis ſummatibus pluribusque conciſis gregariis militibus. (t) Aegre elabebatur ipſe cum adtenuatis copiarum reliquiis. (u) Otto, Comes Moraviae ſeu Dux, cuius cauſſa potiſſimum agebatur, in pugna cecidit. (x)

Pax

(f) Pag. 46-48.
(g) In *Braunſchweig-Lüneb. Chronica* P. II. c. 18. p. 287-290. Denuo ea edidit R. P. *Hieronymus* PEZIVS To. I. *Scriptor. Auſtriac.* p. 570-573.
(*) *ALBERICVS* l. c. p. 250.
(h) *ROBERTVS de Monte* ad a. 1125. 1126. p. 871. ſq. To. I. Piſtor. *ALBERICVS* P. II. *Chron.* ad a. 1125. p. 248. ſq.
(i) *DODECHINVS* ad a. 1125. p. 671.
(k) *DODECHINVS* a. 1126. p. 67. *OTTO Friſingenſis* L. I. de *geſtis Friderici* l. c. XX. p. 417. *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad a. 1135. p. 292. Germani eum vocarunt Vlricum, qui Bohemis dictus eſt *Ortix*. *COSMAS Pragenſis Chronici* L. II. p. 45.
(l) *COSMAS* idem L. III. p. 67.
(**) *COSMAS* l. c. p. 70.
(m) Loco excitato.
(n) Eodem loco.
(o) *COSMAS* L. III. p. 65. 70.
(p) *IDEM* l. c. p. 71.
(q) *CHRONICON Bigaugienſe* ad a. 1126. p. 237. *ANNALES Hildeshem.* ad e. a. p. 740. *OTTO Friſingenſis* de *geſtis Friderici* L. I. c. XX. p. 416.
(r) *DODECHINVS* ad a. 1126. p. 470. *ANNALES HILDESH.* l. c.
(s) Locum docet *Bohuslaus* BALBINVS L. III. *Epit. rerum Bohem.* c. X. p. 220. Diem tradit *ALBERTVS Stadenſis* ad e. a. p. 264.
(t) *ANNALES Hildesh.* l. c. *CONTINVATOR Sigeberti* ad a. 1127. (1126) p. 873.
(u) *OTTO Friſingenſis* l. c. p. 417.
(x) *CHRONICON Bigaugienſe* p. 257. *OTTO Friſing.* l. c. c. XXI. p. 418.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pax confeſtim facta fuit ea lege, vt Sobeslaus regnare pergeret et, captiuis Regi redditis, in poſterum quietam agitaret vitam. (y) Germani vero Regem Bohemiae diu oderunt, memores calamitatis acceptae. Ne igitur recrudeſceret ſoporatus dolor, Sobeslaus anno 1127 in comitiis Bambergenſibus ſingulos donis placauit, quorum parentes, cognatos vel amicos in praelio contrucidauerat. (z) Ex eo tempore tanta fuit Lotharii in Sobislaum gratia, vt filium ipſius Sobislaum de ſacro fonte a. 1127 leuarit (aa) patremque Pilſis anno 1134 conuenerit. (bb) Schema genealogicum, inſeruiens controuerſiis Bohemicis, eſt huiusmodi:

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Brzetislaus, Dux Bohem. | | | | | | |
| Wratislaus. vx. Zwatawa. | | | Conradus. | | Otto. | |
| Wladislaus † 1125. 12 Apr. | Sobieslaus ſuccedit fratri. | Wigbertus, gener Wratislai. † 1124. 22 Maj. | Vdalricus † 1115. | Leopoldus. | Svatopoldus. | Otto iunior Dux Moraviae † 1126. 19. Febr. |
| | Sobieslaus, natus 1127. | Henricus. Wibertus. Berta. | | | | |

Adelbertus Marchio, a Bohemis captus (cc) et mox liberatus, Lotharii gratiam in hac expeditione aucupatus fuit. Natalem Domini Caeſar egerat Argentorati: inde rediit in Saxoniam: poſt mouit in Bohemiam: Paſchale feſtum Magdeburgi celebrauit, vbi coeperat praeſidere Nortbertus, qui *per ſceptrum* a Rege obtinuit *regalia*, et a Marchioniſſa Irmengarde emit *Alesleven*, addente Rege Abbatiam ibi florentem, ac quidem permutationis titulo. (dd) Permutationem hanc alii putant contigiſſe in comitiis Goslarienſibus anno 1130. (ee) Quid autem recepit Rex pro illa Abbatia? Sunt, qui arbitrantur, caſtrum *Schartfels* ab Epiſcopo fuiſſe redditum. (ff) Ex Chronico Magdeburgenſi vero ſatis patet, eccleſiam Poeldenſem Regi fuiſſe redditam, quae antea per modum permutationis in manus Epiſcopi inciderat. Praefecturam Magdeburgenſem a. 1124, Wiberto ſeniori defuncto, *Lotharius* Adelberto Marchioni contulit, donec ipſam a. 1131 Henrico, Wiberti filio, redderet. (gg)

## §. V.

Lis ex lite naſcitur et controuerſia controuerſiae ſuccedit. Intermortua et exſtincta fuit tandem progenies Venedicorum Regum, qui Mecleburgicis et Pomeranicis terris quondam imperitarunt. Genus eorum recenſui ſupra. (a) Henricus enim Rex obierat anno 1126. Interfecti ſunt filius Zwentepolcus et ex hoc nepos Zvinike. (b) Lotharius igitur regnum Obotritorum ſeu Venedorum adtribuit (c) Principi iuuentutis Danico, *Canuto*, Erici filio, cuius genus aeque ſupra expoſui. Debebatur ei regnum Daniae. Sed Nicolaus ſeu Niel, Erici frater nothus, et Magnus, nothi filius, regimen ſibi rapuere, excluſo herede legitimo. Rex Obotritorum ſuberat ea aetate Imperatori et Duci Saxoniae, et

(y) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad a. 1126. p. 286.
(z) *FRISINGENSIS* c XXI. p. 418. *ALBERICVS* P. II. *Chron.* ad a. 1127. p. 255.
(aa) *CHRONICON Bizaugienſe* ad a. 1127. p. 275.
(bb) *Bohuslay BALBINVS* p. 221.
(cc) *DODECHINVS* ad a. 1126. p. 672. Ceteros captiuos recenſet *MEIBOMIVS* in Notis ad *LERBECCII Chronicon Schaumburgicum* p. 523. To. I.
(dd) *CHRONICON Magdeburg.* p. 326. ſq. To. II. Meibom.
(ee) *MEIBOMIVS* in *Chronico Bergenſi* p. 298. To. III. *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* L. II. p. 127.
(ff) *LEVCKFELDIVS Antiqq. Poldens.* c. XIII. p. 61.
(gg) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad. a. 1131. Obiter rem indicauit *COSMAS Chron.* L. III. p. 184. ſeu p. 2124. To. I. *Mencken, ſcript. rer. Germ.*
(a) Diſſ. II. p. 225. (bb)
(b) *HELMOLDVS* L. I. *Chron. Slav.* c. 48. p. 579.
(c) *HELMOLDVS* l. c.

et praeerat Wagiris, Polabis, Obotritis, Kycinis, Circipanis, Luticis, Pomeranis, et tractui terrarum ab Albi ac mari Balthico ad Poloniam vsque porrecto. (d) Magnus, tantum faſtigium Canuto inuidens, caede patrata hunc ſuſtulit anno 1130 (e) ad *Ringſtedum*, et vindictam Lotharii in ſeſe excitauit. Qua de cauſſa hic etiam ad Danewercum vsque prope Slesvicum acceſſit. (f) At *munera crede mihi, placant hominesque Deosque.* *MAGNVS*, minis Germanorum exterritus, praemia et largitiones adhibuit, mollioribusque verbis et iureiurando clientelari praeſtito, Lotharium ſibi conciliauit. (g) *Denewerck*, quaſi *opus Danorum*, erat agger munitiſſimus, quam Thyra, Gormonis tertii Regis Danorum vxor, Hadebradi Regis Angliae filia, cum filio Hadelrado, poſt obitum mariti a. 950 defuncti, exſtruxerat. (h) Verum *MAGNVS* inſidias ſtruebat obſequio, quod neceſſitate adductus ſimulauerat, (i) et anno 1133 Germanos, Daniam incolentes, membris truncabat. (k) Quum id Lotharius ferre non poſſet, denuo ad arma eſt proceſſum, quae anteuenit Magnus, ſiquidem anno 1134 in feſto Paſchatis Halberſtadii, Caeſari ſupplex factus, ſacramento fidelitatis ſeſe denuo obſtrinxit. (l) *ERICVS*, Canuti frater, ſerio tandem animum adpulit ad Daniae regnum recuperandum. Initio auſis ſuis plerumque excidebat et fuga ſalutem quaerebat, vnde meruit cognomen *Haſenvot*. (m) Slesvici vero virtutem intrepidam exhibuit, et, in Scaniam delapſus, Regis nomen ſuſcepit. (n) Omini acceſſit dignitas, plena, quum, operâ Dauidis ſororii, a. 1135 Magnum interimeret ad *Fothrwicum*, (o) et Nicolaus, pater Magni, ab operis ſutoriis obtruncaretur. (p) Inclaruerunt ea aetate Comites Schaumburgici, e quibus Hartungus, Adolfi primi filius, cum Lothario a. 1126. Bohemiam ingreſſus, in praelio occubuit. (q) Adolfo primo Lotharius paullo poſt annum 1106, Godefrido defuncto, contulit Comitatum Holſatiae et Stormariae. (r) Ab hoc Adolfo deſcenderunt Comites et Duces Holſatiae, quorum nonnulli centum abhinc annis ſuperfuerunt. Celebrantur res geſtae et merita Adolfi ſecundi, quibus Lotharium adiuuit in Magno Rege compeſcendo. (s) Veriſimile eſt, Comites Schaumburgicos profluxiſſe e Walbeccenſibus. Nam 1) in Orientali Saxonia atque dioeceſi Magdeburgica olim habitarunt, ac ibi tenuerunt Santersleve: 2) *Bruno* Epiſcopus XVI Mindenſis fuit e Marchionibus Bernburgicis, quorum ex ſerie Lotharius III ac Wernerus, filius fuerunt, ſimul Comites Walbecenſes: 3) *Godila*, coniux Lotharii Marchionis, dotis loco ad maritum detulit bona ad Viſurgim, quae Adolfus I et II ex hereditate poſſederunt: 4) Adolfus Santerslebius partem bonorum ſuorum Walbeccenſium dynaſtis, de *Dreileben* dictis, in feudum impertiuit. *MEIBOMIVS* (t) coniicit, ex Wernero Adolfum, per vnum et alterum intermedium, deſcendiſſe. Henricus, Rex Obotritorum, et Adolfus II ſaeculo ineunte XII condiderunt ciuitatem et caſtrum *Lubecae* in loco *Swartovv*. (u)

## §. VI.

Fridericus Dux Sueuiae, qui peracta electione dicis cauſſa reconciliatam cum Lothario pacem fecerat, circumſpexit illico quaeuis ad Lotharium deprimendum auxilia. Hic exeunte anno 1126 natalem Chriſti Coloniae celebrauit. (a) Inde Rex mouit contra Fride-

(d) *HELMOLDVS* L. I. c. XXXVI. p.569.
(e) *ALBERICVS* P. II. *Chron.* ad a. 1130. p. 265. *ERICVS* in *Hiſtoria gentis Danorum* p. 269. *HELMOLDVS* l. c. c.L. p.580. *CORNERVS* in *exerpto Leibnitiano* p.749.
(f) *ALBERICVS* l. c. *CHRONICON montis ſereni* a. 1131. p. 12.
(g) *HELMOLDVS* l. c. p.581. *CORNERVS* l. c.
(h) *SAXO Grammatticus* L. X. *MEIBOMIVS* ad *Lerbeccii Chronicon Schaumburg.* p. 524.
(i) *SAXO* idem L. XIII. p.219.
(k) *ANNALES Hildesh.* a. 1133. p. 741.
(l) *ANNALES* eidem a. 1134. p. 741. *CHRONICON montis ſereni* et *Bigaugienſe* ad c. a.
(m) *HELMOLDVS Chron.* Slav. L. I. c.51. p.581.
(n) *HELMOLDVS* l. c. *ERICVS* in *Hiſtoria gentis Danorum* n.99. p.269.
(o) *CHRONICON montis ſereni* p.13. *Bigaugienſe* p. 258. *ERICVS* Rex in *Hiſtoria gentis Danorum* n.100, p.269. *CORNERVS* l. c. p.750.
(p) *HELMOLDVS* l. c. *SAXO Grammaticus* L. XIII. p.223. *CHRONICON montis ſereni* l. c.
(q) *LERBECCI Chronicon Schaumburgicum* p. 499. To. I. Meibom.
(r) Loco laudato p. 498. *CHRONICON HOLSATIAE* c. XII. p. 21. ed. Leibn. in *Acceſſionibus hiſtoricis*.
(s) *LERBECCII Chronicon* citatum l. c.
(t) In Notis ad *LERBECCII* illud Chronicon p.522. et in Chronico Walbeccenſi.
(u) *CHRONICON Holſatiae* Leibn. p.21.
(a) *DODECHINVS* ad a. 1127. p. 672.

Fridericum in Alſatiam, (b) et Brunonem Friderici fautorem, ac Epiſcopum Argentoratenſem in exſilium miſit, anno demum 1129 receptum. (c) Paſcha a. 1127. egit Goslariae. Pentecoſten celebrauit Merſeburgi. Heic filiam ſuam, Gertrudem, nuptum dedit Henrico Magnanimo, Duci Bauariae cum ſpe ſuccedendi in Ducatu Saxoniae. (d) Obiit ea aetate Henricus Marchio; et Conradus, Comes Wettinenſis, interuentu Richenzae reginae, Marchiam Miſnenſem et hereditatem Henrici obtinuit. (e) Rex Bohemiae ibi in gratiam receptus eſt et Lotharius filium eius de ſacro fonte leuauit. (f) Referunt huc etiam nonnulli originem Burggrauiatus Kirchbergici. Fridericus et Conradus, Duces et fratres, inter haec occupauerant Noribergam, vt Lothario eo vehementius repugnarent, in primis quum per nuptias nouas, cum Henrico Magnanimo initas, viderentur a diademate regali penitus excluſi. Obſidione igitur Lotharius cum genero vrbem cinxit per menſes duos, eamque expugnaſſet fortaſſe, ni obſeſſis ſuccurriſſent hoſtes. (g) Anno demum 1130 vrbem illam validiſſimam recepit (h) et genero vna cum Gredinga in feudum contulit. Rebus Lotharii initio miſere ſuccedentibus ad Noribergam, ſpiritus ſumſerunt fratres Sueuici rebellantes. Conradus, Friderici ſuaſu, adſumſit anno exeunte nomen regium. Lotharius tamen vtrumque fregit et decennio fere elapſo in fidem recepit. Copioſius haec recenſui in *Vita Henrici Magnanimi.* (i) Incidit quaeſtio, quot annos nunc *Gertrudis* habuerit? *ALBERTVS Stadenſis* Lotharii coniugium cum Richenza contractum conlocat in annum 1113. Si hoc veritati reſpondet teſtimonium, Gertrudis nondum egreſſa eſt, quum nuberet, annum 13. At vero qui fieret, vt virgo tantulae aetatis traderetur alteri in matrimonium? Venerandus *REHTMEIER* nodum ſic ſoluit, vt Albertum credat permiſcuiſſe annum 1103 cum anno 1113. (k) Coniecturae omnino ſua eſt probabilitas, ſiquidem Henricus Leo iam a. 1129 ex Gertrude natus fuit. (l)

## §. VII.

Anno 1127 exeunte Lotharius verſatus (*) eſt Herbipoli. Anno 1128 natalem Ieſu Wormatiae celebrauit. Anno 1129 Alzeae egit feſtum purificationis Mariae et Giſelbertum hoſtem Epiſcopatus Vltraiectini, iuſſit obtruncari. (m) Pentecoſten exegit Quedlinburgi et ſpectauit crucem rubram in coelo adparentem. (n) Anno eodem initio Iunii comitia habuit Goslariae et diploma dedit Friderico Palatino, quod edidit *SCHATENIVS.* (o) Subſcripſit inter alios *Burcardus de Lucca.* Anno 1130 comitia coëgit Goslariae circa feſtum purificationis Mariae (p) et ibi adtribuit, ſi Meibomio credimus, Abbatiam Alesleuenſem Norberto Archiepiſcopo Magdeburgico. Burchardus, de Lucca Comes, hoc tempore in coemiterio ab Hermanni Winceburgici emiſſariis obtruncatus eſt. (q) Principum conſilio hac ſuper caede audito, Lotharius cognatum ſuum Hermannum eiecit Comitatu, caſtellum eius vrbemque Winciburgum deſtruxit, ipſum deduxit captiuum in arcem Blankenburgi et Landgrauiatum Thuringiae Ludouico Comiti cum Marchia Thuringica contulit. Comitatus vero Luccenſis, paullo poſt per hereditatem filiarum fratris Burchardi in partes ſciſſus, abiit in coenobium imperiale.

(b) *ANNALES Hildesh.* ad a. 1126. p. 740.
(c) *DODECHINVS* ad e. a. p. 471. ed. vet. et p. 673. ed. Struv.
(d) *DODECHINVS* l. c.
(e) *CHRONICON montis ſereni* ad a. 1127. p. 5.
(f) *CHRONICON Bigaugienſe* p. 257.
(g) *DODECHINVS* l. c. *ANNALES Hildesh.* a. 1127. p. 740.
(h) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad a. 1127. p. 286. *DODECHINVS* ad a. 1130. p. 471.
(i) Diſſ. II. p. 300. ſqq.
(k) In *Supplemento ad Braunſchweig-Lüneburgiſche Chronica* p. 1782.
(l) Diſſ. II. p. 316.
(*) *ANONYMVS SAXO* To. III. Menck. *Rex Luderus Herbipolis magnum conlegit conſilium ex XVI Epiſcopis. Fuerunt etiam ibi nuntii Romani ibique lis inter Papas deciſa, et ſic Innocentius in Papam conſummatus eſt.*
(m) *DODECHINVS* ad h. a. p. 673.
(n) *ENGELHVSIVS* p. 1099. To. II. *Leibn.*
(o) In *Annal. Paderborn.* P. I. L. VIII a. 1129. p. 720. ſq.
(p) *HEINECCIVS* in *Antiqq. Goslar.* L. II. p. 127.
(q) *CHRONOGRAPHVS Saxo* p. 288. *ANNALES Hildesh.* a. 1130. p. 740. *HISTORIA de Landgrauiis Thuringiae* p. 916. *CHRONICON montis ſereni* a. 1130. p. 11.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

periale. (r) Confer *Comites de Lucca.* Circa hoc tempus Lotharii legatos adgreſſi ſunt incolae vrbis Halarum, ad Salam ſitae, ac Conradum de Aichſtad, Albertum et Erfonem, fratres, obtruncarunt per inſidias. Rex, vrbe expugnata, auctores ſceleſti conſilii ad capitale abſtraxit ſupplicium, reliquis ciuibus, qui ipſi portas praecluſerant aduenienti, maximam pecuniae ſummam imperauit. (s) Media fere aeſtate Rex comitia conuocauit Brunſuici, quibus interſuerunt Adelbertus Archiepiſcopus Moguntinus, Otto Epiſcopus Halberſtadenſis, Ditericus Epiſcopus Monaſterienſis, Ditmarus Epiſcopus Verdenſis, Dethardus Osnabrugenſis, Sigewardus Mindenſis, Conradus Marchio Miſniae ac Landsbergae, Marchio Henricus, Comes Palatinus Fridericus, *Sigfridus* Comes de Bomeneburg, *Albertus* Comes Wernigerodenſis, Sigfridus Erteneburgenſis, Hermannus C. de Calvelage, Gerbertus C. de Varesflieth, Adolfus C. Shaumburgi cum Adolfo III. filio ſuo, Wedekindus C. de Schwalenberg, Burchardus Praepoſitus in Drübeke, Bernhardus Vicedominus Hildesheimii cum filiis duobus, Bernhardus et Conradus Comites de Wallede, Ludolfus C. de Waltingerode cum filiis Ludolfo et Ludigero, Eiko C. de Sladem cum filio Nithingo, *Rupertus* C. de Haldensleben et *frater Meinfridus de Bodenburg*, Chriſtianus C. de Rodenburg cum filio Goteſchalco, *Poppo* C. de Blankenburg, Ditericus de Bodendike, *Ludolfus* aduocatus ſeu praefectus ſupremus Brunſuici cum filiis *Balduino* et *Friderico* (t) Henricus de Wida, Bertholdus de Pagin, Burchardus C. de Wulferebutle, Gotfridus de Flechtorp, Arnoldus dapifer de Embeke, Henricus pincerna de Iſenbekeburg, Wernerus aduocatus de Oſterrode, *Erenbertus* nobilis Dominus *Stauffenburgi* aliique. (u) Hinc patet, *Bodenburgum* paruiſſe olim Comitibus Imperii ex genere Comitum de Haldensleve ortis. Hiſce ſaeculo XIII emortuis ſucceſſerunt nobiles ſeu miniſteriales, de *Steinberge* ſeu *monte lapideo* dicti, ſito ad Goslariam. Anno eodem 1130 Lotharius arcem hereditariam *Supplinburg* conuertit in aedem ſacram eamque tradidit ordini Templariorum, reſeruata iurisdictione principali. (x) Hi, in oris his ſedem nacti, adquiſierunt ac donata acceperunt bona in *Luckelem*, *Iunde*, *Brunsuici*, *Gottingae*, *Moringae*, in *Bezeniſſen*, *Immundhuſen*, *Wittewater*, *Lutter*, *Rethen*, *Heinde*, *Barum*, *Weddi*, *Lora* et alibi. Nam ex quo Honorius Papa ordinem Templariorum a. 1128 (y) confirmauerat, certatim Principes Nobilesque ei lautiſſima obtulerunt praedia. Exeunte anno 1130 Lotharius acceſſit Gandershemium ibique natalitiam Chriſti diem celebrauit. (z) Tum Hermannus, Comes Winciburgi, deditionem facit, et bona eius, quae ex beneficio eccleſiae tenuerat, recipit Lotharius maxima ex parte. Wirciburgi antea Rex interfuerat comitiis ibique Innocentium, electum Papam, confirmauerat. (a) Gandershemio relicto abit Goslariam, vbi coenobio Richebergenſi ſeſe praebet munificum. (b) Inde ad Rhenum tranſiit, et Leodium progreſſus Papam Innocentium II. 19 Martii honorificentiſſime excepit ac denuo cum legatis Regum Galliae et Angliae confirmauit. (c) Stipatus erat Rex vxore Richenza, Archiepiſcopis, Epiſcopis et Principibus Imperii. Statutum eſt publice, Petrum Leonis Frangipani filium, qui, a nonnullis in Papam electus, Innocentium Roma (d) eiecerat ac Anacletum II ſeſe adpellarat, pro Papa legitimo non eſſe habendum. Pontifex Innocentius II vt gratum ſeſe oſtenderet, Regi ac Reginae in baſilica cathedrali S. Lamberti inter XXXII Epiſcopos, LIII Abbates et magnam procerum multitudinem diadema impoſuit, (e) non imperatorium, ſed regale: et a Lothario recepit

(r) *CHRONICON Loccumenſe* p. 691. To. III. Leibn.

(s) *SPANGENBERGIVS* in *Mansfeldiſcher Chronic* c. 217. *CHRONICON MONTIS SERENI* a. 1130. p. 11. *Conradus de Eckſtide apud Hallam a ciuibus eiusdem oppidi, cum aliis multis, occiſus eſt.*

(t) Ab hiſce orta eſt familia illuſtris de *Wenden*, quam delineauit *MEIBOMIVS* in *Chronico Riddagshuſano* p. 366. ſqq.

(u) Recenſentur haec nomina a *SPANGENBERGIO* in *Chronico Mansfeldenſi* c. 127. f. 252. b. et *REHTMEIERO* von *Braunſchweigiſchen Zuſammenkünfften* p. 6. et in *Braunſcweig-Lüneburgiſcher Chronica* P. II. c. 18. p. 292.

(x) *MEIBOMII Bericht von Supplingburg* in *LEZNERI Beſchreibung von Königslutter* p. 54. ſqq.

(y) *CHRONICA S. Aegidii* ad e. a. p. 585. To. III. *Leibn.*

(z) *DODECHINVS* ad a. 1131. p. 673. *ANNALES Hildesh.* e. a. p. 740.

(a) *CHRONICON montis ſereni* ad a. 1130. p. 11. *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 288.

(b) *HEINECCIVS Ant. Goslar.* p. 131.

(c) *SVGERIVS* in *Vita Ludouici Groſſi* p. 132. *AVCTOR hiſtoriae canoniſationis S. Godehardi* p. 507. *SCHATENIVS Annal. Paderborn.* P. I. L. VIII. a. 1131. p. 726. *DODECHINVS* ad a. 1131. p. 673.

(d) *ALBERICVS* P. II. Chron. ad a. 1130. p. 265. *ROBERTVS de Monte* ad e. a. p. 374.

(e) *ALBERICVS* P. II. *Chronici* ad a. 1131. p. 268. ſqq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pit promiſſionem omnis ſubſidii, aduerſus Anti-Papam praeſtandi. Hac occaſione Lotharius repopoſcit *ius inueſtiturae Epiſcoporum per annulum et virgam.* (f) Sed mox conquieuit, quum Bernhardus, Abbas Claraevallenſis, ſuaderet, ne veterem litem, tanto labore compoſitam, reſuſcitaret. (g) Synodo peracta Lotharius Treviros cum Matthaeo legato Apoſtolico profectus, Paſcha celebrauit, et tumultum de noui Archiepiſcopi electione ortum ſedauit. (h) S. Godehardus, Epiſcopus quondam Hildeſienſis, hoc anno inter Diuos collocatus eſt. (i) Treviris relictis, Lotharius Moguntiam perrexit, vbi Synodus eſt indicta, Bruno Argentinenſis Epiſcopus, qui per vim populo obtruſus erat, abdicatus, et alia ſalubria ſunt conſtituta. (k) Natalem Chriſti Rex Coloniae transegit. (l) Inde Aquisgranum (*) digreſſus anno 1132 ad comitia Principum, celebrauit Paſcha, compoſitisque eis, quae ad ſecuritatem regni pertinebant, in Saxoniam rediit, luſtrataque Paderborna ceterisque Epiſcoporum ſedibus, conuentum Principum Mulhuſae indixit, in quibus conſultatum de expeditione Italica (aa) et coenobium Walckenredenſe eſt confirmatum, (bb) quod Adelheidis, vxor Volcmari Comitis Cletenbergenſis, anno 1128 exſtruxerat. De cetero Rex purificationis Mariae feſtum obiit Bambergae: Pentecoſten celebrauit in coenobio Fuldenſi: et inter haec, omnibus ad iter Italicum adparatis, aſſumtionis Mariae diem exegit Wirciburgi. (cc) Inde mouit cum exercitu in Italiam. (dd) Natalem Domini celebraturus erat Romae. Sed nonnulla momenta conſilio illi obſtiterunt. Quum ipſe Auguſtae Vindelicorum moraretur, ciues nonnulli ſeditionem in milites regios excitarunt, quam ſedauit ignis repente exortus, quo plurimam partem vrbis conflagraſſe, memoriae eſt proditum. (ee) Inde patuit iter per Bauariam ac Tridentinam vallem. Natalitium Ieſu diem Rex Modoëciae ſeu Monzae, quam nonnulli veterum vocarunt *Medicinam*, (ff) celebrauit, et, ſi recentioribus Italorum ſcriptoribus (gg) fidem habere licet, ab Anſelmo Archiepiſcopo Mediolanenſi diadema ſuſcepit Lombardicum. Poſtremo Aprilis, vel certe primo Maji die, Lotharius Romam intrauit, (hh) ac, ſuaſu Bernhardi Abbatis Claraevallenſis, (ii) Innocentium II reduxit in Lateranenſe palatium, (kk) auxiliante eum exercitu et armis defendente. Nihilo ſegnius Anacletus Anti-Papa templum S. Petri (ll) tenuit, nec Lotharium magni fecit. Lotharius, vt abitum pararet, quarto Iunii cum vxore ornatus eſt corona imperiali ab Innocentio II in templo Lateranenſi, (mm) atque, more per manus tradito, iureiurando ſeſe obſtrinxit, non de imperii vſu fiduciario, ſed de defendendo Papa et eccleſia. En formulam: *Ego Lotharius Rex promitto et iuro tibi domino Papae Innocentio tuisque ſucceſſoribus ſecuritatem vitae et in membris, et malae captionis, et defendere papatum et honorem tuum, et regalia S. Petri, quae habes manutenere, et, quae non habes,*

*iuxta*

(f) *OTTO Friſingenſis* Chronici L. VII. c. 18. p. 149.
(g) *CONRADVS Vrſpergenſis* p. 277. *ARNALDVS*, Bonaevallenſis Abbas, L. II. Vitae Bernhardi Claraevallenſis c. I. §. 5. p. 1094. Vol. II. To. VI. Operum Bernhardi. Errat *Petrus DIACONVS* L. IV. *Chronici* Caſſinenſis L. IV. c. 97. p. 522. ſcribens: *Innocentius iuxta Leodium a Lothario Rege excipitur, virgam et annulum ei iuxta morem antiquum confirmans.* *BARONIVS* To. XII. Annal. Eccleſ. ad a. 1131. n. VIII. p. 226.
(h) *GESTA TREVERORVM* a *Leibnitio* edita c. 77. p. 124.
(i) *CONTINVATOR* Lamberti ad a. 1132. p. 427. *ANNALES Hildesh.* e. a. p. 740.
(k) *SCHATENIVS* l. c. a. 1131. p. 727.
(l) *DODECHINVS* ad a. 1132. p. 673.
(*) *CHRONOGRAPHVS SAXO* p. 289.
(aa) *SCHATENIVS* l. c. p. 727.
(bb) Diploma habetur apud *LEVCKFELDIVM Antiqq. Walckenred.* p. 337. ſqq. *REHTMEIERVM* l. c. p. 291.
(cc) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad a. 1132. p. 289.
(dd) *ANNALES Hildesh.* ad a. 1132. p. 740. *DODECHINVS* ad e. a. p. 673.
(ee) *ANNALES Hildesh.* l. c. *ANONYMVS SAXO* p. 105.
(ff) *ANNALES Hildeshem.* ad a. 1133. p. 741. *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad. e. a. p. 289.
(gg) *CORIO* P. I. delle *Hiſtorie Milaneſi* p. 65. et alii.
(hh) *ANNALES Hildesh.* l. c. et *CHRONOGRAPHVS Saxo* l. c.
(ii) *PHILOTHEVS Monachus* c. IV. p. 1300. Vol. II. To. VI. Opp. Bernhardi.
(kk) *LOTHARIVS* in litteris encyclicis apud *Antonium Pagi* To. IV. Criticae Anti-Baron. a. 1133. n. VII. ſqq. p. 483. ſqq.
(ll) *DODECHINVS* a. 1133. et *GOTFRIDVS Viterbienſis* p. 348.
(mm) *GOTFRIDVS Viterbienſis* Chron. P. XVII. p. 348. To. II. Piſtor. aliique.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*iuxta meum poſſe recuperare.* (nn) Iureiurando eiusmodi olim Abbatiſſae etiam Gandersheimenſes ſeſe devinxerunt vsque ad annum 1589, quo illud capitulariter emendatum eſt 22 Aprilis. En priora verba, cum Lotharii formula ſatis convenientia: *Ek N. von goddes gnaden Ebdiſche des frien vnde vvertliken ſtichts to Ganderſem Hildenſemches biscopdomes, der romeſchen kerken ane myddel vnderdanich, love vnde ſvvere, dat ik van duſſer ſtunde nu mer, ſo lange ek leve, vville truvve vnde vnderdanich vveſen ſunte Peter vnde der hilgen gemenen romeſchen kercken vnde deme Pavveſe, de to tyden in der hilgen chriſtenheit van gotliker vorſichtigkeit is, vnde ſynen nakomenden in dem pavvesdom, redeliken in gande. Ek vvil nicht vveſen in dem rade, fulborde, vnde geſchichte, dat ſe or levent edder eyn leth vorleſen. edder boſer fencknisſe gegreppen vverden. ſunder des rades de ſe meck lovenden ſynt vormildeſt ſeck effte oren boden efft breven eck nemande vvyl openbaren, to oren ſcaden mit vvitſcop. vnde vvil on vveſen eyn hulpe to beholdende vnde to vordegedingede des pavvesdom to Rome. vnde de konnichlyken dingk* (†) *ſunte Peters blivende, mynen ORDEN vvedder alle mynſchen vnde ore ere vnde oren ſtad, alſe des in meck is, BEWAREN WIL. vnde vvil one tohangen vnde na myner mogelicheit gunnen.* Deinde additur promiſſio ad Capitulum nominatim directa de ablatis reſtituendis et pro virili recuperandis. Ex quibus intelligitur, aliud eſſe iusiurandum de defendendo Papa et recuperandis eccleſiae bonis; aliud eſſe iusiurandum fidelitatis et obedientiae. Illud omnino cadebat in aduocatum (oo) eccleſiae ſummum et Patricium. Vacillat igitur et concidit hiſtoria, veteribus plane incognita et a *SIGONIO* (pp) ſic perſcripta: *Innocentius Lotharium in Lateranum vocauit atque ibi pridie Nonas Iunias ipſi coronam impoſuit, ac protinus ad prodendam rei, nouo exemplo actae, memoriam; huius facti ſeriem regiae in pariete pingi atque hos verſiculos ſubſcribi mandauit:*

*Rex venit ante fores, iurans prius vrbis honores:*
*Poſt homo fit Papae, recipit quo dante coronam.*

De origine huius picturae alibi eſt dictum. (qq) *SCHATENIO* ſuboluit, (rr) Lotharii coronationem non fuiſſe coniunctam cum recognitione feudali. Quare duos illos verſus, in tabulas aeneas inſcriptos, putat deberi momentis aliis. Ita enim ſcripſit: *Sexto poſt die*, poſt ſolemnem coronationem, *beneficiarias ditiones, quas a Mathilde dono Apoſtolica ſedes acceperat, Caeſari conceſſit; ea tamen lege, vt ad ſucceſſores non transmitteret et pro clientis officio quotannis centum auri libras penderet. Ita Caeſar vaſallus Pontificis, quod et hi verſus in memoriam actae rei docent, inſcripti tabulis aeneis.* Ponit dein verſus illos famoſos et ſubdit: *Quantum id perſtringit oculos heterodoxorum noſtrorum, qui omne Petri et Pontificum patrimonium Caeſari aſſerunt?* Quantum operae Papa inſumſerit, vt terras Italicas conuerteret in feuda ſibi oblata, *MVRATORIVS* (ss) perſpicue docuit. Patrimonium Petri pro conſeruatione externa a Regibus Francorum et Imperatoribus Carolingicis, ratione vſusfructus, ſummo Pontifici eſſe datum, norunt *DV PINIVS*, *NATALIS ALEXANDER* et complures ſcriptores Pontificii, qui veritatem a fabulis didicerunt diſcernere. Donationem illam Mathildinam ſupra excuſſimus, et infra occurret denuo de ea diſſerendi locus. De collatione patrimonii Mathildini, in Lotharium generumque eius ac filiam, ab Innocentio II translati, ſupra ſcrupulos meos in medium adtuli. (tt) Exercitum Lotharii expleverant vix ſesquimillia militum. (uu) Qua de cauſſa is a Bernhardo vocatur *tantillus*, et *manus non magna.* (xx) Itali, tantulis copiis deſpectis, abſentem Conradum (yy) Lothario multis in locis praeferebant. (zz) Medio-
lan-

(nn) Apud *BARONIVM* To. XIII. Annal. Eccleſ. ad a. 1133. n.II. p.233.
(†) *Iura regalia Papae* vocantur *konnichlyke dingk ſunte Peters.* *Ding* Germanis olim notabat *ius et iudicium.* Vnde reſtant *Vogeding*, *Meierding* etc.
(oo) Vt ipſe *LOTHARIVS* indicat in litteris encyclicis, quas *ACHERY*, *Antonius PAGI*, et *SCHATENIVS* P. I. *Annal. Paderborn.* L. VIII. p.730. ſq. ediderunt.
(pp) L. XI. de Regno Italicae p. 264. ſq.
(qq) Supra Diſſ. II. p. 306. ſqq. (n)
(rr) In Annal. Paderborn. P. I. L. VIII. ad a. 1133. p. 731.
(ss) Ex *GREGORII* VII. Ep. 3. Lib. IX.
(tt) Diſſ. II. p. 307. (n)
(uu) *CHRONICON Bigaugienſe* ad a. 1132. p. 258.
(xx) Ep. 139. p. 145. Vol. I. To. I. O. p.
(yy) *OTTO Friſing.* Chron. L. VII. c. 18. p. 149.
(zz) *OTTO Friſingenſis* l. c.

lanenſes ad officium redire coëgit Bernhardus Claraevallenſis. (*) Imperator, commoratus in Italia annum, et quod excurrit: reditum per vallem Tridentinam vi (**) ſibi aperuit, et a. 1133. 8 Sept. Wirciburgum rediit, quo legati gentium principesque imperii dudum confluxerant. (***)

## §. VIII.

Imperator redux fiebat certior de turbis, quas interea Fridericus et Conradus, Dux Sueuiae et Franciae in Germania excitauerant. Interuentu tamen Bernhardi Caeſar rebelles ſuſcepit in deditionem gratiamque reconciliatae pacis eis impertiuit. (a) Canutus nunc Rex Obotritorum a Caeſare fuit ſalutatus. (b) Quomodo is a Magno, Rege Daniae, fuerit percuſſus, (c) paullo ante expoſuimus. Prebislaus et Niclotus, principes Venedorum, cruciatuum ſaeuiſſima ſpecimina ediderunt hac tempeſtate. Caeſar armis in eos ſumtis, Prebislaum deuicit fuditque, et loco freni gentis Venedicae in monte, a Vicelino eccleſiaſte Lubecae veteris et poſthaec Epiſcopo Aldeburgenſi (d) oſtenſo, arcem Sigebergae (e) exſtruxit et eccleſiae Neo-monaſterii Holſaticae inſigne impertiuit (f) diploma, ipſisque incolis inſularum maris Balthici (g) leges tulit. (h) Paſchalem ſolemnitatem Halberſtadii (i) agitauit et Epiſcopum reſtituit. Natalem Domini celebrauerat Merſeburgi et inde retroceſſerat Goslariam, vbi coenobium Cluſinenſe (l) ac Aegidianum (m) confirmauit. Halberſtadio imminens digreſſus eſt in Thuringiam ac Miſniam, fodinis plumbi Gerenrodenſibus priuilegia indulſit, inuiſit inde Abbatiſſam Quedlinburgenſem Gertrudem (n) eiusque Abbatiae nec non Goslariae et Magdeburgo telonii iura conceſſit. (o) In Comitiis Halberſtadenſibus Nicolaus et Magnus filius, Reges Daniae, caedem in Canuto admiſſam deprecati, denuo ſacramento fidelitatis ſeſe obligarunt. Magnus praetulit Caeſari in ſolemnitate enſem auratum. (p) Lotharius hoc circiter tempore Corbeienſibus reſtituit piſcandi ius per Viſurgim vicinum. (q) Hoc quoque anno coenobium Claholtanum ordinis Praemonſtratenſium, quod ante biennium in Epiſcopatu Osnabrugenſi a Rudolfo de Steinvorde conſtructum erat, Lotharii auctoritate (r) eſt corroboratum. Pentocoſten Caeſar Merſeburgi egit, (s) feſtum vero Petri ac Paulli celebrauit Magdeburgi, vbi Archiepiſcopus Nortbertus paullo poſt (†) exſpirauit. Sepultus eſt idem in coenobio B. virginis Mariae ante altare S. Crucis. Anno 1626 antiſtes quidem Pontificius oſſa eius quaeſiuit et minus genuina pro eis Pragam in coenobium *Strohof* auexit. (t) Succeſſit Norberto Conradus, cognatus Caeſaris, Comes Querfurtanus, Canonicus antea Magdeburgenſis. (u) Gottingam hac aetate Lothario obtigiſſe, nonnulli referunt. (x) Natalem Domini, a quo tum inchoabatur annus 1135, Caeſar agitauit Spirae. (y) Comitia Bambergae ad XVI Aprilis fuerunt coacta. (z) Caeſar viſitauit Corbeienſes. (aa) Comitia Magdeburgica

(*) Ep. 137. Vol. I. To. I. Opp. p. 144.
(**) *ANNALES Hildesh.* a. 1133. p. 741.
(***) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad a. 1133. p. 290.
(a) *OTTO Friſingenſis* Chron. L. VII. c. 7.
(b) *HELMOLDVS* L. I. c. 49. p. 579.
(c) *HELMOLDVS* l. c. c. 50. p. 380. *ANONYMVS SAXO* p. 105. To. III. Menck.
(d) *AVCTOR Carminis de Vicelino* p. 776.
(e) *HELMOLDVS* L. I. c. 53. p. 582. ſqq.
(f) Diploma produxit *REHTMEIER* in Br. Lun. Chronica l. c. p. 295.
(g) Praecipue Gothlandiae et Wisbitis.
(h) *DIPLOMA Henrici Leonis* To. Leibn. in Introduct. n. XXXIX.
(i) *CHRONICON Halberſtad.* p. 135. To. II. Leibn. *CHRONICA Montis Sereni* a. 1134. p. 12. ſq.
(l) In Vitis Abbatiſſarum ad a. 1134. *BODONIS Chronicon Cluſinenſe* p. 347.
(m) *REHTMEIER* in *Braunſchw. Kirchen-Hiſtorie* P. I. c. 5. p. 61.
(n) *KETTNERI Quedlinb. Hiſtorie* p. 39. ſq.
(o) *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* p. 139.
(p) *CHRONICON montis Sereni* a. 1134. p. 13. *ALBERICVS* P. II. Chron. p. 273.
(q) *ANNALES Corbeienſes* ad a. 1133. p. 307.
(r) *SCHATENIVS* in *Annal. Paderborn.* ad h. a. p. 738.
(s) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 290.
(†) *ALBERICVS* P. II. *Chron.* a. 1134. p. 272. *CHRONICA montis ſereni* ad e. a. p. 13.
(t) *HAHNIVS* in *Reichs-hiſtorie* P. III. p. 200.
(u) *CHRONICA montis ſereni* l. c.
(x) *REHTMEIER* in Braunſchw. Luneburg. Hiſtorie p. 296.
(y) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 291.
(z) *CHRONOGRAPHVS* idem l. c. p. 292.
(aa) Annales Corbeienſes et Schatenius ad hunc annum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

burgica luſtrarunt etiam legati Hungarorum, Bohemorum et Polonorum, (*) donis pretioſſimis adlatis. Comitiis Merſeburgenſibus interfuerunt legati Graecorum et Venetorum, orantes opem aduerſus Rogerii Regis Siciliae tyrannidem et inuaſionem potentatus. Kalendis Auguſti Canonicas Lotharius deduxit Regiolotharia, et, eis translatis in Drübeke et Herciniam, Benedictinos conſtituit, quibus et ipſe et Innocentius II ac Rudolfus Epiſcopus Halberſtadenſis confirmarunt priuilegia. (bb) Mariae aſſumptionem celebrauit Caeſar Merſeburgi, vbi Bogislaus Rex Poloniae ipſi enſem (**) praetulit. Inde diuertit Hildeshemium et Magdeburgum. Mulhuſae S. Michaëlis feſtam exegit diem et Conradum rebellem, nunc ſupplicem, in gratiam recepit, (cc) per Conradum Archiepiſcopum Magdeburgicum a fulmine Pontificiae proſcriptionis abſolutum. (dd) Natalem Ieſu transegit (†) Spirae. Inde rediit Bremam et Heresfeldam. In poſteriori loco de altari S. Mariae ſumſit 600 (ee) marcas, quas Fridericus, Comes Stadenſis, a. 1135. 13 Apr. defunctus, ei legauerat. Eodem tempore Comiti Adolfo dedit Comitatum Holſatiae, Stormariae et Wagriae, ea lege, vt eum ab Henrico Magnanimo per nexum fiduciarium ſuſciperet. (ff) Paullo poſt Slavi in Saxoniam irrumpere tentarunt; quos Adelbertus Marchio iuſſu Imperatoris intrepide excepit ac cum clade repreſſit, terramque hoſtium ingreſſus, rebelles vi et ferro ad officium redire coëgit. (gg) Ipſe Imperator Aquisgranum (††) adiit, vt in conuentu Principum ſolemni prouincias Lotharingiae, Belgii Friſiaeque legibus iuſtitiae ac pacis adſtringeret. Diploma tum eccleſiae Niuellenſi datum. (hh) Iter deinde Imperator per Renum emenſus, Saxoniam repetiit, ratusque, morti ſeſe adpropinquare in dies, Ducatum Saxoniae, Weſtfaliae ac Angariae Henrico genero, Duci Bauariae, tradidit et commiſit. (ii) Menſe Auguſto ipſe verſatus eſt Corbeiae (kk) et fundatam a Widekindo *S. Mariae Abbatiam* diplomate confirmauit. (ll) Pentecoſten exegerat Merſeburgi, et natalitia Apoſtolorum Petri ac Pauli Goslariae, quorſum reuertit ad ipſum Anshelmus Epiſcopus Havelbergenſis, Conſtantinopolitana legatione perfunctus. (mm) Feſtum aſſumptionis S. Mariae celebrauit Wirceburgi, (nn) ac inde iter ſuum in Italiam ingreſſus eſt. Errant omnino *PETRVS DIACONVS* (oo) et *BARONIVS*, (pp) qui, Lotharium anno 1135. expeditionem Italicam iniiſſe, exiſtimant. Veteres enim vno ore collocant illud iter in annum 1136. (qq) Adparauerat Caeſar ſumma ope, quidquid deſtinato itineri neceſſarium et opportunum videri poterat. Exercitum duxit ſecum numeroſiſſimum, ne quam ſibi inureret maculam. (rr) Commouerat eum potiſſimum, vt tantis difficultatibus ſenex ſeſe exponeret, crebra Innocentii II imploratio. Hic enim auctoritatem ſuam contra Anacletum II Antipapam tueri ac vindicare non poterat. Callidiſſimus enim erat Anacletus, ac, vt haberet, quem Lothario opponeret, Rogerium, Siciliae Dominum, declarauerat Regem, et opera Contii Cardinalis regium diadema Panormi illi imponendum curauerat, (ss) Anno 1131 Rogerius dignitatem ſibi recens collatam vbique per regiones ſibi ſubiectas iuſſit

(*) *ALBERICVS* P. II. *Chron.* a. 1135. p. 273. *CHRONICA montis ſerens* p. 14.
(bb) *CHRONOGRAPHVS* l. c. *REHTMEIER* l. c. p. 297. ſqq.
(**) *CHRONICON montis ſereni* p. 14. *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad a. 1134. p. 292.
(cc) - - - *montis ſereni* a. 1135. p. 14. *CHRONOGRAPHVS SAXO* l. c.
(dd) *CHRONOGRAPHVS* idem p. 293.
(†) - - - *Saxo* ad a. 1136. p. 293.
(ee) *ALBERTVS Stadenſis* a. 1136. p. 160.
(ff) *HELMOLDVS* L. I. Chron. Slav. c. 49. p. 58. *SCHATENIVS* l. c. p. 741.
(gg) *ANNALES Hildesh.* a. 1136. p. 741.
(††) *CHRONOGRAPHVS Saxo* a. 1136. p. 293. *Caeſar Paſcha celebrat Aquisgrani.*
(hh) *Aubertus MIRÆVS* Not. Belg. c. 147.
(ii) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1136. f. 160. a. *HELMOLDVS Chron. Slav.* L. I. c. 54. p. 583.
(kk) *ANNALES Corbeienſes* ad a. 1136. p. 307.
(ll) *SCHATENIVS* Annal. Paderborn. L. VIII. a. 1136. p. 741. produxit Diploma.
(mm) *CHRONOGRAPHVS Saxo* l. c. p. 293.
(nn) *IDEM* l. c.
(oo) *Chronici Caſinenſis* L. IV. c. 97. p. 522.
(pp) *To.* XII. *Annal. Eccleſ.* a. 1135. n. XIII. p. 247.
(qq) *DODECHINVS* ad e. a. p. 673. *ALBERTVS Stadenſis* p. 268. *CHRONICON montis Sereni* p. 14. *CHRONOGRAPHVS Saxo* l. c. *SCHATENIVS* l. c. p. 743. ad a. 1137.
(rr) *BERNHARDVS* ep. 136. p. 173. Vol. I. To. I. Opp. *PETRVS Diaconus* L. IV. Chron. Caſinens. c. 97. p. 522.
(ss) *ORDERICVS VITALIS Hiſt. eccleſ.* L. XIII. p. 895. 898. *FALCO BENEVENTANVS* in *Chronico* ad a. 1130.

iuſſit proclamari. (tt) Nec ſolam Siciliam Pontifex Anacletus ei confirmauerat, ſed addiderat Apuliam, Calabriam, Neapolin et Capuam, (uu) vt tanta mercede defenſorem ſibi crearet. (xx) Anacletus Antipapa interhaec Romae in aedibus Creſcentii regnabat et in Innocentii II adſectatores ſaeuiebat praedis, incendiis, et homicidiis, auaritia Romanorum fomitem tanto malo diſſidiorum ſubminiſtrante. (yy) Rogerius, viribus in dies inſtructior, Robertum expulit Capua (zz) et nomen *Regis Italiae* vſurpauit, (a) imminens ſenſim diademati Imperatorio. Robertus fuga ſeſe proripuit Piſas, imploratoque auxilio Venetorum ac Genuenſium ſeſe ſuſtentauit. (b) Bernhardus, Abbas Clareuallenſis, Genuenſes ad conſtantiam adhortatus, conſtantiam Piſanorum dilaudauit. (c) Quorum ope Rogerius adiutus, Neapolin adpulit et Averſenſes in deditionem redegit. (d) At ſuperuenit laetanti Rogerius victor, Averſam ſolo incendiis aequauit, Principatum Capuenſem in filium Alfonſum transtulit, (e) confirmauit Abbatem coenobii a Monte Caſſino dicti (f) et adplicauit claſſem orae Neapolitanae. Lotharius, vt huic ferociae mederetur, tranſiit anno 1136 adulta aeſtate in Italiam, expugnauit, genero Henrico ſtipatus, Gardam et Guaſtallam, (g) Cremonenſesque proſcripſit, eo quod recuſabant reddere captiuos Mediolanenſium ciues, eorumque deuaſtauit terram. (h) Circa natalem Chriſti acceſſit Bononiae. (i) Inde per varios anfractus Romaniam, Anconam et Spoletum peragrauit. (k) Reſtituit Robertum. (l) Ditioni ſuae vindicauit Beneuentum et Salernum, et cetera loca Capitanatae vsque ad montem Garganum. (m) Amalfi inuenit Pandectas Iuſtiniani easque donauit Piſanis, (n) a quibus Florentiam demigrarunt. Expugnauit et concremauit munimentum, quod Rogerius ad Barram exſtruxerat (o) et Reginaldum, conſentiente Innocentio II, Ducem Apuliae conſtituit. (p) Rogerius, ſi Ioanni Cinnamo, hiſtorico Graeco, credimus, ſolicitauit et in partes ſuas traxit familiarem quemdam Lotharii, cuius impulſu exercitus Germanicus ad motus inteſtinos fuit incitatus, ſed ſuppliciis ſontium editis ad frugem et obedientiam rediit. (q) Germanici Italicique ſcriptores haec ignorant. Fama etiam vulgauit, Lotharium in Italia et Germania ius Iuſtinianeum auctoritate publica recepiſſe. Verum hanc ſententiam dudum profligauit Conringius. (r) Dolendum, quod Lotharium, maiora in poſterum omnino moliturum, morbus tentauerit Veronae, (s) quum ſeſe ad reditum ex Italia accinxiſſet: quotidie languores auxerit proficiſcenti: et tandem inter 3 et 4 Decembris ad villam *Breduwam* ſeu *Bredinam* in caſa viliſſima exſtinxerit. (u) Locum fuiſſe in finibus Bauariae ſitum, *Albericus* (x) cum aliis docet. Memoria dignum videtur, qvod Lotharius iuxta coe-

(tt) *IOANNES de Ceccano* in Chronico foſſae nouae ad h. a. p. 463.
(uu) *BVLLATAE LITTERAE* Anacleti apud *BARONIVM* To. XII. Annal. Eccles. ad a. 1130. n. LII. p. 214. ſqq. *PETRVS Diaconus* l. c.
(xx) *BERNHARDVS* ep. 127. p. 138.
(yy) *ALBERICVS* P. II. *Chron.* a. 1133. p. 271.
(zz) *PETRVS Diaconus* l. c.
(a) *AVCTOR Chronici Piſani* ad a. 1136. To. III. Italiae ſacrae Vghelli.
(b) *FALCO Beneuentanus* a. 1133. p. 284. 288.
(c) Ep. 129. p. 139. Ep. 130. p. 140.
(d) *PETRVS Diaconus* l. c.
(e) *IOANNES de Ceccano* l. c. a. 1135. p. 463.
(f) *PETRVS Diaconus* L. IV. c. 104. p. 530.
(g) *VRSPERGENSIS* p. 277. *CHRONICON Weingartenſe* p. 788.
(h) - - - - p. 278.
(i) *CHRONICON montis ſereni* a. 1137. p. 15. *ANNALES Hildesh.* e. a. p. 741.
(k) *OTTO Friſingenſis* Chron. L. VII. c. 19. p. 150. *PETRVS Diaconus* Chron. Caſin. L. IV. c. 106. p. 535.
(l) *PETRVS* idem l. c. c. 105. p. 532. *FALCO Beneuentanus* Chron. a. 1137. p. 303.
(m) *VRSPERGENSIS* p. 278. *PETRVS Diaconus* l. c. p. 533.
(n) *CONRINGIVS* de origine Iuris Germanici c. 21. p. 130. ſq. ed. Helmſtad. 1695. 4. *Chriſtianus THOMASIVS* in *Delineatione hiſtoriae iuris* §. 121. p. 45. *Iacobus Fridericus LVDOVICI* in *Hiſtoria Pandectarum* §. 37. p. 30. ſqq.
(o) *OTTO Friſingenſis* Chron. L. VII. c. XX. p. 150. *ANNALES Hildesh.* l. c. *FALCO Beneuentanus* l. c. p. 305.
(p) *OTTO* idem l. c. *IOANNES de Ceccano* a. 1137. p. 463.
(q) L. III. de *rebus geſtis Ioannis et Manuelis Comnenorum* p. 96. ſqq.
(r) *De origine iuris Germanici* c. 21. 22 et in *reſponſione ad Bartholdi Nihuſii nouas obiectiones* c. III.
(s) *GODEFRIDVS Viterbienſis* P. XVII. Chronici p. 510. *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad a. 1137. p. 294.
(t) *CHRONOGRAPHVS* idem l. c. *CHRONICON Magdeburg.* p. 329.
(u) Vide ſupra p. 309. (t)
(x) P. II. Chron. a. 1137. p. 281.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coenobium Caſinenſe in ciuitate S. Germani in feſto exaltatae crucis *coronam circuli patritialis* ſuſceperit, (y) indubie ab Innocentio II, tametſi inde ab electione ſui ſeſe vocauiſſet *Regem Romanorum,* (z) vti patet ex Diplomatibus ipſius ante ſuſceptum diadema Imperatorium datis. Vrbem Romam in expeditione altera non eſt ingreſſus, quoniam plerique Romanorum ab Anacleto ſtabant. (aa) In conſtituendo nouo Apuliae Duce Imperatorem inter et Innocentium II lis incidit, vtroque collationem Ducatus illius eſſe ſui iuris perhibente. Controverſiam referunt ita fuiſſe deciſam, vt vterque manu iuncta Duci *vexillum porrigeret*, inſigne tanti honoris documentum. (bb)

§. IX.

De anno et die, quo Lotharius obiit, ſcriptores diſſident. Veteres quidem determinant annum 1137. Potiores horum ſunt *OTTO FRISINGENSIS*, *CONTINVATOR Sigeberti Gemblacenſis*, *DODECHINVS*, *ANNALES Hildesheimenſes*, *CHRONOGRAPHVS Saxo*, *ANNALISTA Saxo* Eccardinus, *CHRONICON montis ſereni*, *ALBERTVS Stadenſis*, *ALBERICVS*, *HELMOLDVS*, *CHRONICON Auſtriacum*, (a) *GODEFRIDVS Viterbienſis* aliique bene multi. Cum hiſce concordat tabula plumbea, quae in monumento Lotharii inuenta eſt, ſi ſupputationem annorum regni eius ab anno 1125 inſtitueris. Annum 1136 definit *Auctor Chronici monaſterii mortui maris.* (b) Annum 1138. malunt *CONRADVS Vrſpergenſis*, (c) *CHRONICON Magdeburgenſe*, (d) *BARONIVS*, (e) *BROWERVS*, (f) *ANGELVS de Nuce*, (g) *Ioannes MABILLONIVS.* (h) At merito hiſce praeferuntur auctores, qui aetatem tulerunt et fide ſunt pleni. De die obitus diſſidium eſt pertenue. Alii enim determinant II Nonas Decembris: alii malunt III Nonas eiusdem. *ALBERTVS Stadenſis* (i) et *CHRONICON Magdeburgenſe* poſteriori fauent ſententiae. Reliqui ſcriptores antiquiſſimi conſentiunt cum tabula Regio-Lotharienſi plumbea, quae priorem corroborat opinionem. *HAHNIVS*, (l) probabile eſſe, pronuntiat, Lotharium exſpiraſſe in confiniis diei tertii et quarti Decembris. Corpus eius deportatum eſt in Saxoniam, et ſepultum in templo coenobii Benedictini Lutterenſis. Sic docent ſcriptores vetuſti, nominatim *Dodechinus*, (m) *Otto Friſingenſis*, (n) *Annaliſta Hildesheimenſis*, (o) *Auctor incertus Chronici Auſtriaci*, (p) *Chronicon montis ſereni*, (q) *Bigaugienſe*, (r) *Engelhuſius*, (s) *Auctor compilationis chronologicae*, (t) *Auctor Chronici Weingartenſis* (u) et compluresalii. Et quid multa? *ALBERICVS* conciſe: (x) *Regalia Dux Henricus, gener eius, in cuius finibus obierat, accepit, et ipſe per Auguſtam et Orientalem Franciam ad monaſterium Luter, quod ipſe conſtruxerat, deportatus, honorifice ſepelitur.* Monumentum ipſius in Regio Iuttera et quidem in templo Abbatiali in hunc vſque diem oſtenditur. Illud anno 1618 fuit apertum, et in ipſo tabula vna plumbea eſt inuenta, cuius inſcriptionem poſt plures ſupra edidimus. (*) Tabula tum in tres partes ſponte diſſiluit. Prope eam iacuit globus cruciger Imperialis plumbeus cum cruce ex eodem me-

(y) *PETRVS Diaconus* Chron. Caſinenſis L.IV. c.119. p. 564.
(z) *HEINECCIVS Antiqq. Goslar.* L. II. p.125. 131. *SCHATENIVS* l.c.p.720.
(aa) *ALBERICVS* l. c. p. 279.
(bb) - - - l. c. p. 280.
(a) Apud Pezium To. I. ſcript. Auſtr. p. 557.
(b) Apud Martenium et Durandum To. III. *theſauri noui anecdotorum* p. 1438.
(c) Pag. 279.
(d) To. II. Meibom. p. 329.
(e) To. XII. *Annal. Eccleſiaſt.* ad a. 1138. n. XII. p. 283.
(f) To. II. *Annal. Trevirenſium* L. XIV. n. 14. p. 35.
(g) In *Notis ad Chronicon Caſinenſe* p. 573.
(h) In *Chronologia Bernhardina* ad a. 1138. p. 7. Vol. I. Opp. Bernhardi.
(i) Ad a. 1137. p. 268.
(k) Pag. 329. To. II. *Meibom.*
(l) In *Reichs-hiſtorie* P. III. c. 4. §. 7. p. 192. (c)
(m) Ad a. 1137. p. 472.
(n) L. I. *de geſtis Friderici* I. c. 22. p. 418.
(o) Ad a. 1137. p. 741.
(p) Ad a. 1137. p. 557. To. I. *Pezii.*
(q) Ad a. 1137. p. 16.
(r) A. e. a. p. 259.
(s) In *Vitis Imperatorum ex Brunsuicenſi domo oriundorum* p. 60. ed. Mader.
(t) Pag. 129. ed. Mader.
(u) Cap XIII. p. 789. To. I. Leibn.
(x) In *Chronico* P. II. a. 1137. p. 281.
(*) Pag. 310. n. (t)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

metallo. Anno 1600 Abbas Gerhardus ſepulcrum curavit innouandum.(*) Lapide ſepulchrali ſponte ſua confracto, Abbas *IOANNES FABRICIVS*, fautor quondam noſter, litterator ſummus, nouum fieri ex alabaſtrite curauit, eique incidi imaginem Lotharii, Richenzae et Henrici Magnanimi iuſſit. Tum e regione ad columnam in ſaxo ouali inſcriptionem nouam adiunxit laudatiſſimus Fabricius, et quidem hunc in (aa) modum:

FORTISSIMVS. IMPERATOR.
LOTHARIVS II.
CONDITOR. HVIVS. TEMPLI. ET. COENOBII.
CVM. RICHENSA. CONIVGE.
ET. HENRICO. SVPERBO. SEV. MAGNANIMO.
SVO. GENERO.
HEIC. QVIESCIT. RESVRRECTIONEM.
EXSPECTANS.
MONVMENTVM. CAESAREVM.
SVB. FELICI. REGIMINE.
SERENISS. ANTONII VLRICI
DVCIS. BRVNSVIC. AC LVNEB.
EX. INTEGRO.
RESTAVRABATVR. A. C. M DCC IIX.
A
IOANNE. FABRICIO.
ABBATE.

Errant proinde *Petrus Diaconus*, (bb) et *Baronius*, (cc) qui Lotharium Moguntiae ſepultum tradunt. *Auctor Chronici Laurisheimenſis* (dd) partem Brixiae in latere primarii templi ad limen meridiani introitus, partem Brunsuici tumulatam fingit, ni forte cor et viſcera Brixiae ſint inhumata.

## §. X.

Vxor ipſius dicitur *Richenſe*, *Richica*, *Richiza*, *Rychyza*, *Richenza*, *Richera*, *Rixa*. Originationem vocis deducit Leibnitius (a) ex *Regina*, pro qua Germani pronuntiaverint *Rekinſa*, *Rikinſe*: Meibomius (b) ex *reich* et *ſegen*. Vox *re*, *roi*, *rex*, Aegyptiis, (c) Germanis et Gallis aliisque populis olim denotauit ſupremum Dominum ex רעה *paſcendo*, *dominando*. Inde indubie profluxit *rikinſe* ſeu *regina*. Fuit Richenza Henrici Craſſi, Comitis Northeimenſis, anno 1101 ad Nordam in Friſia percuſſi et occumbentis, ac Gertrudis Brunsuicenſis, a. 1117. defunctae, filia, (d) quae, ſi coniecturam Rehtmeieri ingenioſam ſequimur et ex ea Albertum Stadenſem emendamus, anno 1103 Lothario nupſit, et procreauit ex eo *Gertrudem*, quae anno 1127 cum Henrico Magnanimo matrimonium Merſeburgi in feſto Pentecoſtes, nuptias vero paullo poſt ad Auguſtam Vindelicorum in loco, *concio legum*, iniit. Richenza maximae penes maritum erat auctoritatis, et Clericos veneratione devota proſequebatur. Exſtant ſpecimina, ex quibus patet, ipſam ad Abbatem Caſinenſem et Bernhardum Clarevallenſem dediſſe litteras, (e) Anacletus Papa, gratiam eius per litteras aucupatus, ſpe ſua ſe fruſtratum, doluit. Obiit ipſa anno 1141 (f) et ad latus mariti ſepulta eſt. (g) Errant, qui ſepulcrum eius quaerunt Aſchafnaburgi. (h) Errant, qui ei tribuunt filium Luderum, mature nimis defun-

(*) *Ioannes LEZNERVS* in *Beſchreibung des Kloſters zu Koenigslutter*, p.30.ſq. ed. Fabric.
(aa) *REHTMEIER* in *Br. Lun. Chronica* P.II. c.18. p. 301.
(bb) L.IV. *Chron. Caſinenſis* c.126. p.573.
(cc) To. XII. *Annal. Eccleſiaſt.* ad a. 1138. n. XII. p. 273.
(dd) In *Vita Diemonis Abbatis* p. 89.
(a) In *Introd. ad To. I. Scriptor. Brunsuic.* n. XXVII.
(b) In *Notis ad Hiſtoriam Bardevici* p. 32.
(c) *IABLONSKI* de *Remphah Aegyptiorum Deo.* *ACTA ERVD. Lipſ. Germ.* P.146. p.606.
(d) Vide ſupra p. 162. et infra *Comites Brunsuicenſes.*
(e) Apud *ANGELVM de Nuce* in *Appendice ad Chronicon Caſinenſe* p.25.
(f) *CHRONOGRAPHVS Saxo* ad e. a. p. 296. *CHRONICON montis ſereni* e. a. p. 17. *ALBERTVS Stadenſis* e. a. p. 162. b.
(g) *FABRICII Beſchreibung von Königslutter* p. 31.
(h) Errorem hunc inueni admiſſum a nonnullis Chronicorum auctoribus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

functum, filiamque Hedewigam, nuptam Ludouico Landgrauio Thuringiae. (i) Errant, qui obitum eius collocant in annum 1139 (k) vel 1140. (l) Filia matrem ſecuta eſt in morte anno 1143.

§. XI.

De ſigillis Lotharii copioſe diſſeruimus alias. De numis eius nonnulla ſunt adiicienda. *OCTAVIVS de Strada*, et ex eo Venerandus *REHTMEIERVS*, hunc produxerunt numum, Mediolani poſt annum 1133 cuſum:




Produxit idem *REHTMEIERVS* (m) bracteatos, vt opinatur, Lotharii noſtri ex cimeliothecis *Ioannis Chriſtfridi SAGITTARII*, Ephori generalis Altenburgenſis, et Conſiliarii aulici Brunſuicenſis *SCHMIDII*, in quibus Imperator inſidet arcui, vel ſedili, a quo vtrimque prominent capita canina. Caput diademate radiato emicat. Altera manuum globum imperialem duplicatum eumque crucigerum oſtentat; altera baculum in lilium ſupra deſinentem. Friderici I Barbaroſſae numi bracteati eumdem ritum ſeruant. Inſcriptio eſt ſingularis: LOTARI ET COMES CIPEL. LOTARE II COMES CIPI. Non facile occurrit melior expoſitio, quam Rehtmeieriana: LOTA*rius Romanorum Imperator* ET COMES CIPEL*burgenſis*. Seu ita: LOTA*rius* RE*x et* COMES CIPI*inburgenſis*. Nec tamen fit veroſimile, alium fuiſſe titulum in numis, ac in diplomatibus et ſigillis. Haec ratio indubie mouit *Ioannem Georgium Eccardum*, (n) vt expoſitionem epigraphes adlatam reprehenderit. Memorabile eſt, in epigraphes parte ſuprema tab. 59. n. 1. apud *REHTMEIERVM* occurrere *leonem*. Dauus heic ſum, non Oedipus.

§. XII.

Characterem animi, quo Lotharius conſpicuus fuit, ſi exprimere licet; honoris eum fuiſſe cupidiſſimum, fortem et aequum, ſatis adparet. Id tamen negare, quod numorum fuerit fautor, non eſt noſtrum. Inde euenit, vt ſaepius emolumenta praeſentiſſima haud ſatis vrſerit, et adminicula adhiberet iuſto tenuiora, vbi ſumtus maiores neceſſario erant faciendi. Clericorum erat ſummus praeco et venerabundus ſatelles, vel quod ea viuendi ratio ipſum reddebat honoribus vtilitatibusque aptiorem, vel quod atra bilis cum metu coniuncta ſeu potius pietas ita dictitabat. Si muneribus vel vocibus Bernhardi, Norberti et luminum eiusmodi, a ſanctitate commendari ſolitorum, tangeretur, maxime erat placabilis. Nihiloſecius ita ſubducebat rationes, ne Innocentius II ab Anacleto penitus liberaretur, neu antiſtites ſacri diuitias parere poſſent. (a) Potentiam domus ſuae per generum omnino amplificabat. At inconſultum erat, ignoſcere Conrado et Sueuos extollere, atque materiam dare aemulationi, vbi generum erat euecturus. Satius fuiſſet, Stauffenſes Dominos proſcribere aut Ducatum Saxoniae in generum non transferre. Sed erat in Lothario mens alta, aequa et iuſtitiae vbique ſeruandae index. Ea de cauſſa placabilis, manſuetus, et religioſus exſiſtebat. Gens autem Stauffenſis in peſſima quaeque praeceps, verſuta, malitioſa et ſeruitutem Germanorum intendens, venena miſcuit, iniuſto titulo terras Welforum rapuit, lacrimas, vt fal-

(i) *FELLERVS* in IX. *Trimeſtri monumentorum ineditorum* p. 513. ſq. hanc ſententiam confutauit.
(k) *CHRONICON Brunſuic.* p. 13. Mader.
(l) *TOLNERI Hiſtor. Palat.* c. 12. p. 290.
(m) In *ſupplemento ad Br. Lün. Chronica* p. 1785. Tab. LIX.
(n) In *Appendice* ad libellum *Erklarung eines alten kleinodien-käſtleins* p. 52. *NICOLAVS SELANDER* vero p. 8. ſeu *vltima* in *Anmerckung über einige Bracteaten* exiſtimat, dubitationem Eccardi eſſe nullius momenti.
(a) *CHRONICON LAVRISHEIMENSE* in *Vita Diemonis Abbatis.* p. 88.

falleret, in poteſtate habuit, ideoque, iuſtiſſimo Deo ſic diſpenſante, necibus, veneno, ac parricidiis celerrime eſt abſumta. Henricus V Imperator, conſilio generi ſui Regis Anglorum regnum Germaniae ſibi tributarium et vectigale reddere tentauerat. Quare optimates ſibi non poterant temperare, quin odio illum proſequerentur. (b) Huic molitioni in primis latera opponebat Lotharius. Vt in Regem eligeretur, ferebat in acceptis Alberto Archiepiſcopo Moguntino, qui penitus horrebat Henrici V genus et adfinitatem. Nam Henricus ille anno 1114 carceri Archiepiſcopum mancipauerat et in Fridericum Colonienſem non mitiora parabat: Theodoricum Epiſcopum Monaſterienſem per Fridericum Comitem Arensbergicum ciuesque ferocientes eiecerat: antiſtitibus ſacris vbique grauis exſtiterat. Lotharius contra robur Imperatoris fregerat, Moguntinum vix liberatum et denuo obſeſſum vindicauerat, Monaſterienſem reſtituerat, praeſulibus ſacris honores et obſequia praebebat, noua Saxonibus intentata vectigalia fiſcique voraginem profligauerat. Licet igitur Henricus reliquiſſet regalia regni inſignia in manibus Friderici eumque imperio deſtinaſſet, obſtitit tamen Albertus, captiuitatis perlatae vltor, quo minus adfinis vllus Henrici V eligeretur. (c) Ipſe enim proceres regni conuocauit et ſuffragia collegit. Poſt Archiepiſcopos potiſſima auctoritate pollebant *DVCES*, *Saxoniae*, *Franconiae*, *Sueuiae*, *Bauariae* et *Lotharingiae*. Archiepiſcopi, Moguntinus, Colonienſis et Treuirenſis, per terras ſuas erant Domini ſupremi. De reliquo Archiepiſcopi, Abbates, Comites, Dominique Ducibus terrarum ſeſe adgregabant eisque inconſultis, inuitis vel abſentibus, nihil poterant definire. (f) Tres igitur illi Archiepiſcopi et Duces iamtum exſtiterunt re ipſa *electores*, licet vox ipſa ſit recentior. Duces certe geſtabant coronas regales. (g) Hae vocabantur *coronae ducales* et *ſerta pinnita*, quae pileis ducalibus ſuperimponi ſolebant, (h) *circulique aurei*. (i) Conuenerant ad electionem peragendam plus quam ſexaginta millia, (k) exemplo prorſus inuſitato. (l) Primordia negotii grauiſſimi capta ſunt a cantu: *Veni ſancte ſpiritus*. Principes fuerunt admoniti, vt, communicato inuicem diligenti conſilio, principem regno præficerent, qui Deo probaretur et honorem eccleſiae chriſtianae tutela ſua muniret. Electio intra conclaue tentata, quod Moguntinus praecludi iuſſit, donec coepta perficerentur. Electum eſſe Lotharium, improbabant Bauari, quippe quorum Dux aberat. Ceteri fauſta quaeuis recens electo acclamabant eumque humeris, et fortaſſis clypeo ad morem priſtinum, impoſuere. *ALBERICVS* memoriae prodidit, (m) Lotharium *renitentem valde* et *reclamantem ad Regnum* fuiſſe *tractum*. *ALBERTVS STADENSIS* e contrario docet, (n) ipſum ſeſe vltro obtuliſſe, et promiſiſſe plura Principibus, quam poſtea exſoluerit. Sed poſteriori eo minorem habeo fidem, quod is Lotharii rebus geſtis hinc inde data opera videatur adſperſurus fuiſſe labem vnam et alteram. Ducis et Archiepiſcopi vno ore pronuntiarunt: *Lotharium, Ducem Saxonum, eligimus in Regem Alemannorum, Lotharingorum, Langobardorum, et omnium Italiae populorum: et in Imperatorem Romanorum.* (*) Quod eo magis fit veroſimile, quod legatus Pontificis adeſſet et cuncta nutu heri ſui confirmaret. (o) Cancellarius Lotharii per Italiam fuit anno 1133 Norbertus, Magdaburgenſis Archiepiſcopus, (p) ſed in altera expeditione ipſe Bruno, Epiſcopus Colonienſis, qui in Italia a. 1137. apud ciuitatem Apuliae, *Trana* dictam, obiit. (q) *Ius fiſci* ceſſit Lotharius principibus Imperii. (r) Auſpicia regni corroborauit ſanctione legis de pace prouinciali, ad ſeſquiannum ſeruanda.

(b) *ALBERICVS* P. II. *Chron.* ad a. 1125. p. 249.
(c) *ALBERTVS Stadenſis* ad a. 1126. p. 156. a.
(f) *AVCTOR narrationis de electione Lotharii* p. 47. ed. Eccardi.
(g) *Io. Georg.* de *ECKHART* in *Erklärung eines alten kleinodien-käſtleins* §. 4. p. 3. ſqq.
(h) *MIRAEVS Donat. Belg.* c. 52.
(i) Conf. *ECKHARTVS* l. c. §. 5. p. 6. ſqq.
(k) *ORDERICVS VITALIS Hiſt. eccl.* L. XII. p. 883.
(l) *AVCTOR narrationis* p. 46.
(m) P. II. *Chron.* ad a. 1125. p. 250.
(n) *Chron.* ad a. 1126. p. 156.
(*) *ORDERICVS VITALIS Hiſt. eccl.* L. XII. p. 883.
(o) *ALBERICVS* l. c.
(p) *EPISTOLA encyclica Lotharii* a. 1133.
(q) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1137. p. 293.
(r) *DODECHINVS* ad a. 1125. p. 470.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

da. (s) Eamdem confirmauit a. 1135 Magdaburgi ad annos decem. (t) Haſtiludia, quae *turniamenta* ſeu *tournies* vocabantur, invaluerunt (u) et in praecipuas nobilitatis exercitationes (x) transiere. Falluntur tamen, qui eius inuentionem Lothario eiusve aetati adtribuunt. Principes eccleſiaſtici *regalia* debebant a Rege implorare, quae *per ſceptrum* conferebantur, antequam a Papa per *collationem baculi et annuli* confirmarentur. (y) Rex iusiurandum eis remittebat, contentus ſtipulatione. (z) *Feſtum conceptionis Mariae* hac aetate, frendentibus multis, introductum, (aa) occaſionem dedit litibus, quae in hunc vsque diem de maculata vel immaculata eius conceptione doctores eccleſiae Romanae diſtinent. (bb) Exſtruxit Lotharius domum Templariorum Suplinburgenſem, Bremervordam, Segebergam, Caeſarislutheram prope Renum, Chemnitium in Miſnia, niſi fallor, et in Weſtfalia Saſſenburgum. Encomia eius non ſunt minora eis, quae vulgo inuictiſſimis maximisque Imperatoribus tribuuntur. Siquid ipſe humani paſſus eſt, id in eo conſtitit. quod finem maiorem leuioribus adminiculis obtineri a ſeſe poſſe nonnunquam crediderit: quod vxori facultatem permiſerit licentiam ſeſe grauiſſimis imperii rebus ingerendi ac aurea hinc inde pocula conligendi: quod moderatoribus eccleſiaſticae rei tum ſatis ſtolidis ac impudentibus nimium indulſerit, ac praecipue Bernhardo, Abbati Claraevallenſi, qui, a mundo egreſſus, mundum omnem ex ingenio ſuo gubernare tentabat. In primis ad naeuos ipſius politicos id referendum eſt, quod Principes Hohenſtauffenſes non ſatis depreſſerit, quippe qui odium in Saxones ex Henricis Caeſaribus imbiberant ac non poterant non Henrico Magnanimo diadema regium inuidere. Candorem tamen ac manſuetudinem Lotharii ſera Welforum necdum intermortua felicitate compenſauit Deus. Vbi autem nunc ſunt Principes Hohenſtauffici? Lotharium merito concelebrat eccleſia Ganderſemenſis. Ipſe enim eam tenerrimo excepit amore, eam ipſe inuiſit, donauit, ac modum ſtatuit, ſecundum quem coenobia, Cluſinenſe et Brunteshuſanum, Abbatiſſis debent eſſe ſubiecta ac obnoxia. Pietas eius in homines rei ſacrae ſtudioſos pateſcit ex hoc diplomate:

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Lotharius diuina fauente clementia „*tertius* Romanorum Imperator Auguſtus-deuotionem et diligentiam circa religionis cul„tum predeceſſorum noſtrorum conſiderantes. ſperamus. nos quoque ipſorum retribu„tionis quodammodo participes effici. ſi in his. que eccleſiis contulerunt. noſtre aucto„ritatis aſſenſum ipſis prebuerimus. Proinde omnium fidelium noſtrorum. preſentium „et futurorum nouerit induſtria. qualiter nos uenientes ad monaſterium S. Michahelis „in *Luniburc*. interuentu *Ducis noſtri Heinrici eiusque coniugis filie noſtre Gertrudis*. ob reme„dium anime noſtre cariſſimeque *coniugis noſtre Richinze Imperatricis*. fratribus in Luni„burc. Deo ſanctoque Michaheli ſeruientibus. decimam partem totius thelonei. ad no„ſtrum ius pertinentis. de mercatu in *Bardinwic. tam in lucris de moneta prouenientibus*, „*quam in ceteris cuiusque modi utilitatibus profuturis*. ſicut pie memorie Imperator Otto „conceſſerat. nos quoque conceſſimus. et perpetuo iure in poſterum confirmamus. ut „ſemper absque ullius contradictione teneant et poſſideant. et ſuis. ut libuerit. uſibus „adiungant. Ut autem hec noſtre auctoritatis et priuilegii traditio noſtris futurisque „temporibus ſtabilis et inconuulſa permaneat. preſentis decreti paginam ſigilli noſtri „impreſſione iuſſimus inſigniri.

„Signum Domni LOTARII tertii Romanorum
„Imperatoris inuictiſſimi.

„Ego Bertholdus vice Adelberti Archicancellarii et Maguntini Ar„chiepiſcopi recognoui.

3. De

(s) *AVCTOR narrationis* p. 48.
(t) *ANNALES Hildesh*. a. 1135. p. 741.
(u) *OTTO Friſingenſis* L. I. de *geſtis Friderici* I. c. 17. p. 416.
(x) *GALBERTVS* Notarius in Vita Caroli Boni Flandrenſis c. 1. §. 8. p. 181.
(y) *PETRVS Diaconus* L. IV. Chron. Caſinen. c. 124. p. 569. *CHRONICON Magdeburg*. p. 326. To. II. Meibom.
(z) *AVTOR narrationis de electione Lotharii* p. 47.
(aa *POTHO* de *ſtatu domus Dei* p. 502. To. XXI. Bibliothecae maximae patrum.
(bb) *Ioannes LAVNOIVS* Opp. To. I. P. I. p. 38. ſqq. *ACTA Erud. lat. Lipſ*. a. 1731. M. Octobr. p. 444.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## 3. De *COMITIBVS* ac *PRINCIPIBVS SCHVVARZBVRGICIS.*

Si ei quoque benefaciunt, qui bona et fortunas alterius defendunt ac ab iniuriis incurſionibusque temerariis hoſtium praeſtant immunia; in numerum benefactorum eccleſiae Gandershemenſis omnino referendi ſunt Comites Principesque a *Schwarzburgo*, caſtello antiquiſſimo ad flumen Schwarzam, dicti. Comites *Henricus* et *Guntherus* a. 1359. diplomate publico teſtati ſunt, ſibi fore curae cordique defenſionem bonorum Ganderſemenſis eccleſiae, in *Erich* et vicinia ſitorum. Produximus illud ſupra p. 403. Meruerat omnino illuſtriſſima tam antiquae progeniei amplitudo, vt eius accurata et genealogia et hiſtoria exſtaret. Effloruit enim ex ea *GVNTHERVS*, electus a. 1349 in Regem Romanorum. Obvium eſt diploma eius regium, anno 1349 Fridebergae datum, 4 Kal. April. regni ſui anno primo, in quo ſeſe vocat *Dei gratia Romanorum Regem ſemper Auguſtum.* To. I. Menck. Script. Saxon. p. 643. ſq. 783. ſq. Hiſtoriam dare iam non licet. Progeniem omnem, tabulis nonnullis comprehenſam, dabo, qualem a *CHRISTINA SOPHIA*, Sereniſſima Friderici Auguſti Principis Schwarzburgici Rudelſtadienſis Sereniſſimi coniuge, accepi. Antiquiſſima gentis primordia inflexi ſecundum teſtimonia priſcorum annalium. Cetera reliqui intacta. Ex Leubero adiunxi Comites Keſernburgenſes, quorum iam e numero Dominum inuiſit S. Bonifacius Keſernburgi, vti habetur in *Legenda* eiusdem *Bonifacii*.

# TABVLA I.

*

*GVNTHERVS*, Princeps Thuringorum. Vxor filia Cunegundae (a) ex Rege Ruſſiae, circa finem ſaeculi XI. (b)

*SIZO* vel *SICHO* Comes a. 1137. (c) 1148. (d) fundator coenobii S. Georgii.

| | | |
|---|---|---|
| *GVNTHERVS* C. de Keſernburg 1186. (f) 1188. (g) | *HENRICVS* VI. Comes de Schwarzburg. 1180. (e) † 1183 Vx. C. de Wurzeberg. | *Giſela* Vx. Friderici Comitis Palatini Saxoniae. |

Deſcendants of GVNTHERVS C. de Keſernburg:

*Guntherus* 1222.

*Guntherus* 1222.

*Albertus* 1256. | *Guntherus* 1256.

*Guntherus.*

*Guntherus.*

*Guntherus* 1351 (h)

*Guntherus* † 1375 improlis. (i)

Children of HENRICVS VI.:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *CONRADVS.* | *Eliſabetha* nupta Burchhardo C. de Mansfeld. | *HENRICVS* VII. 1204. adhaeret Philippo Caeſari, 1230 teſtis † 1231. Vx. Irmegarda C. de Keſernburg. | *GVNTHERVS* VI. 1204. † 1213 Vxor C. Lathunga. |

Child of GVNTHERVS VI.: *Anna.*

Children of HENRICVS VII.:

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *HENRICVS* VIII. 1240 † 1259. vx. Sophia C. de Hohnſtein. | *Mechtildis.* | *Sophia.* | N. N. *filia* vx. Lamberti C. de Gleichen. | *GVNTHERVS* VII. 1256. † 1274. *Tab.* II. | *Rutha*, ſanctim. Paulincell. | *ALBERTVS* II. miles 1256. |

TAB.

---

(a) Quae filia erat Ottonis Marchionis Orlamundani, et poſthaec Cononi Comiti Beichlingenſi nupſit.
(b) Annaliſta Saxo ad a. 1103. p. 599.
(c) Sagittarii hiſtoria Comitum de Gleichen L. I. c. 4. p. 41.
(d) Ibidem p. 43.
(e) In Diplomate Friderici I. Imper. To. III. Menck. p. 1026.
(f) Sagittarius l. c. p. 44.
(g) Leuberus p. 1914. To. III. Menck.
(h) Sagittarius l. c. p. 115
(i) Caſtrum Keſernburg ad Comites Schwarzburgi peruenit. Guntherus vero vltimus a. 1343. caſtrum Ilmenau pagumque Kirchheim vendidit Henrico, Comiti Hennebergico. Leuberus l. c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# TABVLA II.

## Lineam ſiſtens Schwartzburgicam, et inde ab Henrico XIV Leutbergicam.

GVNTHERVS VII

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| HENRICVS IX. | *Irmegarda* vx. Gebhardi C. de Querfurt. | N.N. filia nupta Hermanno de Lobdeburg. | GVNTHERVS VIII. | GVNTHERVS IX. † 1289. Vx. 1) N.N. 2) Helena. | *Sophia* nupta Bertoldo C. de Henneberg. | *Irmegarda* Abbat. in Ilm. | HENRICVS X † 1285 vel 1283. ſecundum Continuatorem Lamberti ad e. a. Vxor *Sophia* Com. de Ilſenburg. *TAB.* III. | GVNTHERVS X. | *Albertus* III Canonicus Wirciburgenſis. | GVNTHERVS XI Canon. Magdeburg. |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| GVNTHERVS XII. † 1308. Vx. *Mechtildis* C de Kefernburg. | *Albertus* Prior ordinis Johannitici † 1327. | HENRICVS XI. vx. *Vtha* C. de Querfurt. | GVNTHERVS XIII. | *Iohannes* I. | *Adelheida* Vx. Guntheri de Kefernburg. Domini de Arnſtad. | *Eliſabeth.* | *Sophia*, vxor Hermanni C. de Henneberg. |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| GVNTHERVS XVII. eques Porusſicus. | HENRICVS XIV. Vx. 1) *Helena* C. de Schatenburg. 2) *Helena* Burggravia de Kirchberg. | *Irmegard, Iutta.* | HENRICVS XVI. | GVNTHERVS XVIII † 1354 vx. *Richſa* de Schluſſelburg *TAB.* IV. | GVNTHERVS XIX. | *Sophia* ſanctim. in Ilmenau. | *Agneſa* ſanctimonialis in Ilmenau, et vxor Ottonis de Kirchberg. |

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ERHARDVS Ep. Bamberg et Wirciburg. † 1454. | GVNTHER XXII. † 1382. vx. *Magdalena.* | GVNTHER XXIII eques Porusſicus. | *Guntherus* XXIV Canon. Ratiſpon. | *Mechtildis* Abb. Ilm. | *Margareta* Priorisſa Ilm. | N.N. filia. | GVNTHER XXVII † 1394 Vx. Anna Comitiſſa de Valkenſtein. | HENRICVS XX. 1463. Vx. *Anna* filia Henrici C. de Gleichen. |

| | |
|---|---|
| *Helena.* | *Agneſa*, vx. Bernhardi C. de Regenſtein. |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Anna* † 1424. Vx. Erneſti C. de Gleichen. | *Helena.* | HENRICVS XVII. † 1430. Vx. Eliſabeth. | ALBERTVS V. Commendator Chriſtburgi in Boruſſia. | GVNTHER XXXII. † 1440. | SICHARD III. † 1436. |

| | |
|---|---|
| *Cunigunda* nupta Matthiae C. de Schlick. | HENRICVS XXX. † 1463. Vx. *Brigitta* nobilis Domina de Reuſſen - Gera. |

| | | |
|---|---|---|
| *Eliſabeta* Abbat. in Ilm † 1520. | BALTHASAR II. † 1525. Vxor N. N. nobilis de Stockem. | *Mechtildis*, nupta neſcio cui. |

| | |
|---|---|
| IOHANNES HENRICVS natus 1496. † 1555. Vx. Margareta C. de Wida. | GEORGIVS PHILIPPVS † 1499. |

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| HENRICVS XXXVII. | *Baltaſar* III. | *Gerhardus* II. | *Albertus* VI. | *Sichardus*. † 1564. | *Philippus.* † 1564. | *Margareta* † 1557. nupta 1) Henrico de Gera 2) Ottoni Duci Brunsv. | *Catharina* nupta Bernhardo C. de Hohnſtein. | *EliſabethaBrigitta* vx. Henrici C. de Reus in Plauen. |

TAB. III.

# TABVLA III.

## Siſtens lineam Schwarzburgicam, a Leutbergica diuergentem.

*HENRICVS* X. † 1285. Vxor *Sophia* C. de Iſenburg.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *GVNTHERVS* XIV. Commendator Boruſſicus. | *HENRICVS* XII † 1324. vx. 1) *Chriſtina* 2) *Vtha.* | *GVNTHERVS* XV. † 1352. Vxor N. N. ſenioris C. G. | *GVNTHERVS* XVI. Monachus Dominicanus. | *HENRICVS* XIII. | *Iutta* nupta Henrici parvi Marchion. Miſn. | *Iutta* Abbatiſſa in Ilm. | *Agneſa* celleraria in Ilm. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *GVNTHERVS* XX Canon. Magdeburg. † 1314. | *HENRICVS* XV. Vxor *Eliſabetha* C. de Orlamunde. | *Iutta* 1) ſanctim. in Ilm 2) Alberto C. de Barbi nupta. | *GVNTHERVS* XXI. natus 1305. in Regem Romanorum electus 1349 ideoque veneno ſublatus. Vx. *Eliſabetha* C. de Hohenſtein. |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *HENRICVS* XVII. † 1373. vx. *Agneſa* C. de Hohnſtein. | *IVTTA* † 1361. nupta Alberto C. de Mansfeld. | *GVNTHERVS* XXV. † 1368. Vx. *Eliſabetha* C. de Hohnſtein. | *Henricus* XVIII. n. 1339 † 1357. | *Eliſabetha* ſanctim. in Ilm. | *Agneſa* nupta Hermanno C. de Schwarzburg. | *Mechtildis*, nupta Gebhardo C. de Mansfeld. |
| | | | | | *Sophia* nupta Friderico C. de Orlamunde. | |

| | | |
|---|---|---|
| *Henricus* XXV. † 1413. | *GVNTHERVS* XXIX n. 1352. † 1416. Vx. Anna Landgr. de Leuchtenberg. | *Guntherus* XXXI. |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *Henricus* XXI. Can. et Præp. 1373. Munceb. ac Iechaburg. † 1394. | *Henricus* XXII. † circa 1373. | *Henricus* XXIII. † 1385. Vx. *Agneſa* de Reuſſen-Gera. | *Gunther* XXVIII † 1418. Vx. *Margareta* de Homburg | *Agneſa* nupta Henrico Geriun. C. de Reuſſen. | *Eliſabetha* nupta Gerhardo C. Querfurt. | *Iutta* vx. Guntheri XXX |
| | | | *Eliſabetha* † 1404. | | | *Helena*, |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *HENRICVS* XXVIII † 1403. | *GVNTHER* XXXIII. Archiep. Magdeb n. 1383. † 1445. | *GVNTHER* XXXV. n. 1395. Can. Auguſt. et Wirciburg. | *HENRICVS* XXIX † 1444 Vxor *Catharina* D. Brunsv. et Luneburg. | *Anna* † 1439. nupta Friderico Landgravio Thuringiæ. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *HENRICVS* XXX. n. 1458. | *Anna* n. 1416. † 1481. nupta Bothoni C. de Stolberg. | *HENRICVS* XXXI. n. 1418. † 1488 Vx. *Eliſabetha* Clivenſis. | *Margaretha* n. 1421. |

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *GVNTHERVS* XXXVI natus 1438 obiit tener. | *Henricus* XXXII Archiep. Brem. et Ep. Monaſt. n. 1439. † 1496. | *GVNTHERVS* XXXVI. n. 1441. † 1503. vxor *Margareta* C. de Henneberg. | *HENRICVS* XXXIII n. 1443. † 1481. | *Catharina* n. 1444. nupta 1) C. de Mansfeld Burmio 2) Sigismundo C. de Gleichen. | *GVNTHER* XXXVIII. n. 1445. † 1483. Vx. *Catharina* C. de Querfurt. | *GVNTHERVS* XXXIX. † 1531. Vx. *Amalia* C. de Naſſau. | *HENRICVS* XXXIV Præp. Hild. et Jechaburg. n. 1451. † 1500. | *HENRICVS* XXXV Can. Argentor. et Colon. Præp. in Jechaburg. | *Maria* † 1458 | Maria † 1458. |

| | | |
|---|---|---|
| *Margareta* † 1512. nupta Woldemaro Pr. Anhalt. | *Catharina* nupta Reinhardo C. Hanau. | *Margareta* † 1518. nupta Johanni Landgravio Leuchtenb. |

| | |
|---|---|
| *HENRICVS* XXXVI. n. -- † 1526. vx. 1) Magdalena C. de Hohnſtein, 2) Anna C. de Naſſau | *Barbara* Abbatiſſa in Ilm † 1523. |

| | | |
|---|---|---|
| *Ottilia* n. 1495. † 1540. nupta Carolo C. de Limburg. | *Anna* n. 1497 Johanni C. de Iſemburg. | *HENRICVS* XXXVII. n. 1499. † 1538. Vx. *Catharina* C. de Henneberg. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *GVNTHERVS* XL. n. 1499. † 1552 vx. Eliſabet C. de Iſenburg Tab. V. VI. | *Anna* n. 1500. ſanctim. Kelbr. | *Margareta* n. 1502. † 1540. ſanctim. Kelbr. Abbatiſſa in Ilm, Præpos. Quedlinb. | *HENRICVS* XXXIX. n. 1504 † 1528. | *HENRICVS* XL n. 1507. † 1537. vx. nobilis de Schonbeck |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Anaſtaſia* n. 1525. † 1570 nupta Volrado C. Waldec. | Henricus Wilhelmus n. & † 1527. | *Amalia* n. 1529. nupta Chriſtophoro C. de Mansf. | *Anna Maria* n. 1534. † 1570 nupta Samueli C. Waldec. | *Poſthuma* n. et † 1538. |

# TABVLA IV.

## Siſtens lineam Schwarzburgicam.

*GVNTHERVS* XVIII. † 1354. Vx. *Richſa* de Schluſſelburg.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *IOHANNES* II. † 1407. Vx. *Rychza* C. de Henneberg. | *GVNTHERVS* XXVI. † 1312. vx. - - | *Sichardus* eques ordinis Iohannit. | *HENRICVS* XIX eques ordinis Iohannit. | *Sophia* nupta Hermanno in Kirchberg et Cranichfeld. |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *HENRICVS* XXIV. | *Balthaſar* I. | *IOHANNES* III. † 1388. | *Richza* nupta Diterico C. de Hohnſtein. | *Anna* nupta Alberto Burggraf. Kirchberg. | *GVNTHERVS* XXX. † 1395. Vx. *Iutta* C. de Schwerin. |

| | | |
|---|---|---|
| *HENRICVS* XVI. † 1406. Vx. *Margareta* C. de Hohenlohe Brumb. | *GVNTHERVS* XXXIV † 1450. Vx. *Mechtildis.* | *Anna* Abbatiſſa in Ilm † 1440. |

| |
|---|
| *Mechtildis* nupta Iohanni II C. Wertheimenſi. |

| | | |
|---|---|---|
| *Margareta,* nupta Ottoni C. de Leiſnig. | *Vrſula,* ſanctim. in Ilm. vx. 1) Gebhardi C. de Mansfeld 1) Hartvici C. de Gleichen. | *Mechtildis* 1) ſanctim. in Ilm. 2) nupta Henrico C. de Reuſſen in Gera. |

TAB. V.

# TABVLA V.

## Repraeſentans lineam Rudelſtadienſem.

*GVNTHERVS* XL. † 1552.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Philipp9* n. et † 1536. | *ALBERTVS* VII n. 1537. † 1606 vx. 1) *Iulia* C. de Naſſau 2) *Eliſabetha* C. de Leiſningen. | *Otto Henric9* n. et † 1538. | *Anna Sibylla*, n. 1540. † 1578. nupta Ludovico C. de Iſenburg. | *Eliſabetha* n. 1541. † 1612. vx. Iohannis C. de Oldenburg. | N.N. filia. |

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Carolus Guntherus* † 1630. vx. Anna Sophia Pr. Anhalt. | *Eliſabetha Iuliana* n. 1578. | *Sophia* n. 1579 † 1660. nupta Iobſtio C. de Barbi. | *Magdalena* n. 1580. † 1660 nupta Henrico VII. C. de Reuſſen. | *LVDOVICVS GVNTHERVS* I n. 1581. † 1646. Vx. Aemilia C. de Oldenburg | *Albertus Guntherus* n. 1582. † 1634. | *Anna Sibylla* n. 1584 † 1628. nupta Chriſtiano Gunthero C. de Schwarzb. | *Catharina Maria* n. 1585. † 1650. | *Dorothea Suſanna* n. 1587. | *Henric9 Guntherus* n. 1588. † 1589. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Sophia Iuliana* n. 1639. † 1672 | *Ludomilla Eliſabetha* n. 1640. †. | *ALBERTVS ANTONIVS* n. 1641. † 1710. vx. Aemilia Iuliana C. de Barbi. | *Chriſtiana Magdalena*, n. 1642 † 1672. | *Maria Suſanna*. n. 1643. † 1688. |

| | |
|---|---|
| *LVDOVICVS FRIDERICVS* Princeps n. 1667. Vx. Anna Sophia, ex progenie Saxo-gothana. | *Albertina Antonia* n. et † 1668. |

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *FRIDERICVS ANTONIVS*. gemellus n. 1692. Vx. 1) *Sophia Wilhelmina Henrietta*, 2) *CHRISTINA SOPHIA* p. 1083. | *Magdalena Aemilia* gemella, ſtatim † | *Sophia Ludouica* 1693. | *SOPHIA IVLIANA* n. 1694 Decana Gand. | *Wilhelm Ludovicus* n. 1696. | *Chriſtiana Dorothea* n. 1697 † 98. | *ALBERT9 ANTONIVS* n. 1698 † 1720. | *Aemilia Iuliana* 1699. | *ANNA SOPHIA* n. 1700. nupta Franciſco Ioſiæ Pr. Saxo-Salfeld. | *Dorothea Sophia* gem. 1706. | *Ludouica Friderica* gem. Can. Gand. | *MAGDALENA SIBYLLA* 1707. | *Ludovicus Guntherus* 1708. |

| | | |
|---|---|---|
| 1. *IOHANNES FRIDERICVS* n. 1692. | 1. *Sophia Wilhelmina* n. † 1723. | 1. *Sophia Albertina* n. 1724. |





Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Tab. VI.

## Repraeſentans proſapiam Sondershuſanam.

*GVNTHERVS* XL. † 1552.

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *GVNTHERVS* XLI. *bellicoſus*. n. 1529. † 1583. Vx. Catharina C. ex Naſſau - Dilenburg. | *Magdelana* n. 1530. † 1565. nupta Iohanni Alberto C. de Mansfeld. | *Amelia* n. 1531. † 1542. | *IO. GVNTHERVS* n. 1532. † 1586. Vx. *Anna* C. de Oldenburg conditor lineæ Sondershuſanae. | *WILHELM9* I. n. 1534 † 1598 Vx. 1) Eliſabetha C. 2.) *Clara* Dux de Brunſchweig. | Philippus. | Albertus. | Otto Henricus. | Anna Sibylla. | Eliſabetha |

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Eliſabetha* gem. † 1568. | *Vrſula* gem. † 1621. | *Clara* n. 1569. † 1639. | *Guntherus* XLII. n. 1570 † 1643 | *ANTONIVS HENRICVS* n. 1571. † 16. | *Catharina* Decana Querf. n. 1572 † 1626 | *Sabina* n. 1573 † 1628. | *Anna* n. 1574 † 1640 | *Maria* n. 1576 † 1577. | *IOHANNES GVNTHERVS* II. n. 1577 † 1631 | *CHRISTIANVS GVNTHERVS* I. n. 1578 † 1642 vx. *Anna Sibylla* C. de Schw. | *Dorothea* n. 1519. nupta Alexandro Duci Holſtein. 1639. |

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Anna Iuliana* n. 1613. † 1652. | *IOHANNES GVNTHER* III. n. 1615. † 1616. | *CHRISTIANVS GVNTHERVS* II. n. 1616. † 1666. Vx. *Sophia Dorothea* C. de Meichberg. | *Catharina Eliſabetha* n. 1617. † 16- Vx. Henricus C. de Reuſſen-Grätz. | *Eleonora Sophia* n. 1618. † 1631. | *ANTONIVS GVNTHER9* n. 1620. † 1666 vx. *Maria Magdalena* C. de Reuſſen. | *LVDOVICVS GVNTHER9* n. 1621. † 1681 vx. *Concordia* C. de Sain et Witgenſtein. | *Sophia Eliſabetha* n. 1622. | *Clara Sabina* n. 1623. † 1654. |

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Sibylla Iuliana* n. 1646. † 1698. nupta Henrico C. de Reuſſen - Grätz. | *Sophia Dorothea.* | *Clara Sabina* | *Chriſtiana Eliſabeth.* | *Eleonora Catharina* n. 1658. † 1680. | *IO. GVNTHER* IV. n. 1654. † 1669. | *CHRISTIANVS WILHELMVS* (a) n. 1647. Vx. 1) *Anna Sibylla* C. de Barby 2) *Wilhelmina Chriſtiana* D. Vinar. | *Anna Augusta* n. 1671 † 1688. | *Concordia* n. 1672. † 1687. |

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Anton Albert* 1674 † 1680 | *Auguſta Wilhelmina* 1676 † 1690 | *GVNTHERVS* XLIII. 1676. | *Magdalena Sibylla* 1680. nupta Georgio Alberto de Schönberg | *Chriſtina Aemilia* 1681. nupta Adolfo Friderico Duci Holſat. | *Luiſa Dorothea* 1682 | *Iohanna Auguſta* n. 1686 † 1703 | *Chriſtina Wilhelmina* 1688. | *HENRICVS* XLI. 1689. | *AVGVST9* 1691 | *Erneſtina Henrietta* 1692 | *Rudolfus* 1693. | *Wilhelmus* 1699 | *CHRISTIANVS* 1700. |

| | | |
|---|---|---|
| *Friderica Auguſta* n. 1723. 29 Iul. † 1725 7 Octobr. | *Charlotte* 1732. 9 Febr. | *GVNTHERVS* 1732 27 Mart. |

Non

(a) Addendi ſunt fratres eius et ſorores: *Anna Dorothea* n. 1645. nupta Henrico VI in Reuſſen-Gera, *Clara Iuliana* n. 1648. *Eleonora Sophia* n. 1650. Decana Quedlinburg. *Anonymus* natus et ſtatim exſtinctus a. 1657. *ANTONIVS GVNTHERVS* natus 1653. Princeps, vxor *Auguſta Dorothea*, filia Antonii Vlrici Ducis Brunsuicenſis. *Maria Magdalena* n. 1655 Canonica Quedlinburgica. *Georgius Erneſtus* n. 1656. † 1657. *Ludouicus Guntherus* natus et denatus 1660.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Non addidi *Guntheros* et *Henricos* antiquiſſimos, quorum rationem is habuit, qui tabulas haſce primus numeris inſtruxit. Cauſa in promtu eſt. Nondum enim mihi licuit reſciſcere argumenta, quibus primi Guntheri et Henrici ſtabilitatem ſuam recipere queunt. Quantum ad Comites Keſernburgenſes adtinet, Otto Dux Brunsuicenſis a Gunthero Comitatum Luchauienſem emit anno 1318, teſte Ven. Rehtmeiero in *Braunſchw. Luneb. Chronica* P. III. c. 28. p. 516.

# TOMI II. PARS II.
## SEV
# DISS. X.
## DE
# FEVDIS AB ECCLESIA GANDERSEMENSI
## recognoſci ſolitis, eisque, qui ea tenuerunt vel tenent.

### SECTIO I.

### De Marchionibus Brandenburgicis, qui Electoratum Brandeburgicum obtinuerunt, et, auſpicante Chriſti gratia, ineunte hoc ſaeculo, Reges Boruſſiae facti ſunt.

QUomodo bona eccleſiae Ganderſemenſis nonnulla peruenerint ad Marchiones Brandeburgenſes, patet ex hoc ſcripto:

Wir *IOHANS* von gotsgnaden Margraffe zcu Brandenburg, zcu Stettin, rc." Hertzoge, Burggraffe zcu Nurenbarg. vnd furſte zcu Rugen. Bekennen in diſſem vn-" ſern briffe vor ydermeniglich: das wir, nach dem vnſere rethe vnd liben ge-" trawn Herr *Eraſmus Brandburger* Probſt zcu Berlynn vnd *Iorge von Waldenfels* der iun-" ger, ritter, von vnſern wegen, in dem handel, den ſie an unſer ſtat vnd von vnſern" wegen gehabt haben, mit der Erwürdigen vnſer liben muhemen fraw *SOPHIEN* ge-" borne furſtyn von Brunsvvig vnd Eptiſchyn zcu Gandersheym. von wegen der Lehn" *Dernburg*, *Slos*, *ſtat* vnd *etliche andere Lehne* nach laut der briffe darobir gegeben. vnd" bei den rathe vnd burgermeiſter der ſtat Helmſtett *tzueihuudert* vnd *driſſig rinſche gulden*" obirtzalt vnd darnach mit vnſern ſigel vorſigelt in einen ſchwartzen lideren peutel." zcu getrawr hant obirantwort vnd eingeleget haben, nach laut eynes bekentnis" briffs deſſelbigen rathes. in meinung vnd in der wais. *ſo* die gemelte vnſere libe muh" me. *mit dem capitel von Halberſtat* eynes wirt ir briffe, on gegeben derſelbigen lehen" halben, von In zcu irlangen, ſolches gelt, wie obbeſtymmet iſt. vnd by den rat ge-" leget. wen ſie vns das in yren ſchrifften vorkundet, zcu ſolcher irer libe betzalung." dem capitel zcu thun, wellen folgen laſſen. das ouch den gemelten rath mit vnſern" quittancien vorſorgen vnd zcu ſchicken an alles vorhinderung vnſer liben muhmen" an dem gemelten irem handel, vnd ſagen ir libe das zcu in crafft vnd macht diſſes" vnſers briffes, der *zcurucke* mit vnſern inſigel *vorſigelt* iſt und gegeben *zcu Helmſtet* am" dinſtage nach Miſericordia Dom. Anno dni M° CCC° LXXXIII.° "

FRIDERICVS Marchio Brandenburgicus, ſancti Romani Imperii Archicamerarius, Elector, et Burggrauius, anno 1451 die *Laetare* dominica ſuſcepit ab Eccleſia Ganderſemenſi in beneficium *Derneburgenſe caſtrum et oppidum*, cum hominibus, priuilegiis, feudis eccleſiaſticis et ſaecularibus, venationibus, piſcationibus, reliquisque adnexis poſſeſſionibus iuribusque, quae *antea Comites de Reinſteyn* feudi loco tenuerant. Documento ſunt litterae Friderici publicae, hoc nomine ad annum modo commemoratum datae in oppido Coloniae ad Spream. Abbatiſſa floruit ea aetate ELISABETHA.